B
E 8:36.E.2.
Ed 103
B.f.36.f.2a

AA·1·26·

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.



Cum literis Apoſtolicis Sanctiſ. D.N.Pauli pp. III.
Et cum priuilegio Senatus Veneti in annos. X.

VNIVERSIS *& ſingulis librorum impreſſoribus, librarijs & mercatoribus quibuſcunq;, & vbicunq; exiſtentibus ſalutem & apoſtolicam bene.* Cum *dilectus filius* Bernardinus Trebatius Vi*centinus vir vtiq; græcis latinisq; literis, alijsq; literarijs diſciplinis eruditiſſimus, latinam linguam augere cupiens* Aethicam *&* Politicam*, aliaq; Ariſtotelis opera ad communem ſtudioſorum omnium, publicamq; vtilitatem et commodum è græco in latinum ſumma elegantia & candore, ſicut nobis relatum eſt verterit, & in lucem edi cupiat, hij vero, qui opera ipſa impreſſuri ſunt, dubitent, ne poſt eorum impreſſionem ſupradicta opera ab alijs in maximam eorum iacturam, & detrimentum imprimantur,* Nos *ne impreſſores talium operum, eorum labore & induſtria defraudentur dãnoq; afficiantur, prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, vobis omnibus, & ſingulis ſub excommunicationis, noſtræ vero & ſanctæ* Romanæ *eccleſiæ ditioni, & dominio quo modo libet ſubiectis, & operum imprimendorum amiſſionis, ac* Quingentorum *ducatorum auri* Cameræ Apoſtolicæ *applicandorum pœnis, quas eo ipſo ſi contrafecerint incurrant, mandamus, ne* Aethicam*, &* Politicam *cæteraq; Ariſtotelis opera ab eodem* Bernardino *in latinum verſa, ſeu vertenda, abſq; conſenſu eorum, à quibus ipſo* Bernardino *volente impreſſa fuerint, ad* Decennium *imprimere, aut impreſſa vendere audeatis.* Mandantes *dilecto filio* Curiæ *cauſarum* Cameræ Apoſtolicæ Generali *auditori, vt contra eos, qui his mandatis noſtris non paruerint, ad executionem pœnarum prædictarum iuxta ſtilum ſuæ curiæ procedat.* Non *obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quibusuis priuilegijs, indultis & literis apoſtolicis*

quibuſcunq; ſub quibuſuis tenoribus, & formis conceſſis, cæteris q; contrarijs quibuſcunq;. Volumus etiam quòd præſentium tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem fides adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum *ſub annulo piſcatoris* Die. IIII. *Iunij.* M. D. XLVII. *Pontificatus noſtri anno tertio decimo.*

Blo. El. Fulgiñ.

REVERENDISSIMO ATQVE *ampliſſimo patri* S. R. E. *Cardinali Andreæ* Cornelio. *Bernardinus* T*rebatius* Vicetinus. S. P. D.

PERCOMMODE *cecidit* Reuerendiſſi*me atq; optime Præſul. Quòd hanc meam ſiue interpretationem, ſiue paraphraſim moralis philoſophię tibi dedicauerim.* Nam *cum paulo ante eandē de gręcis explicatam alij quoq; ediderint, multum negotij mihi ſuſtinendum erat, dum probarem amplius viginti eſſe annos, cum ego hoc id: opus confeciſſem, & iccirco lucubrationes meas perire noluiſſe.* Tu *enim inſtar multorum teſtium eſſe potes, hęc apud me conuerſa fuiſſe multos ante annos, q̈ proxime edita fuerint. Quòd ſi quis nunc hoc mihi concedat, et nihilominus dicat, ſi quod tu tot ante annos confeceris, id alij multos poſt annos & verterint, et ediderint, quid nunc ſtudioſos noua editione onerare velis?* H*uic quicunq; is fuerit, qui hoc mihi obijciat, ſi ego reſpondeam, me nec vlli iniuriam facere, dum me meis in ſtudijs oblecto, nec quemquam cogere, vt mea ſcripta legat, quis me tandem merito reprehendat?* V*erum hanc cauſam, ne quid contra dicatur, abijcio, aliamq; repono longe, mea quidem ſententia, probabiliorem. Quòd ſcilicet multo aliter opus illud interpretatus ſum, atq; alij fecerint. quod facile iudicare poterunt, ſi qui librum in manus ſumere voluerint. Philoſophi ſententias exprimere tentaui, quę vt facilius intelligi poſſent, nonnulla ſunt à me adiecta, paucula quædam etiam detracta, quę nec linguam latinam ſequerentur, nec erant vel mediocris cuiuſdam momenti.* N*ec quo minus id facerem aliqua me religio impediuit, nec eorum authoritas, qui exiſtimant, aut totos & ad literam vertendos eſſe libros, aut ne attingendos quidem, à quorum*

opinione longe diſſentio, ac uideo grauiſſimos authores diſſenſiſſe. Cicero quidem, cum dicat, ſe duorum præclariſſimorum virorum orationes, vt noſti, facere latinas, ait ſe vſurum eorum ſententijs, et figuris, & ordine, verbis autem catenus, vt non abhorreant à more latini ſermonis, & ſi non erunt è græcis conuerſa omnia, elaboratu rum tamen, vt ſint eiuſdem generis. Quę quidem regula putanda eſt his, qui aliquid è gręco conuertunt. Quod in hoc opere, & quibuſdam alijs equidem ſecutus ſum. quid enim hoc non profitear? in re præcipue, à qua non ego fortaſſe longius aberrauerim, q̄ per multi alij. Quid? ſi voluiſſem ſumere quædam, omittere plura, quis me iure reprehendere poſſet? nonne licitum fuit ſemper agere aliquid? & pro viribus vtilitates in medium afferre, alias quidem uberius, anguſtius alias, quantum quiſque facultatis haberet? nec enim poſſumus omnes eſſe doctiſſimi. nec quiſq̄ reperiat, qui q̄cunq; artē, quācunq; doctrinā ſequatur, non ad eā plus voluntatis afferat, q̄ facultatis. Sed hęc relinquamus, quę notiora ſunt, q̄ vt egeant diſputatione. ad id redeo, de quo prius dicere cœperam, non dubitaſſe me edere ea, in quibus elaboraſſem, quamuis eſſent iam multi, q̄ illa eadem è græcis expreſſa imprimenda curaſſent. Nam cum ſit triplex philoſophandi ratio, vna de natura, altera de diſſerendo, tertia de vita & moribus, in hac ipſa tantę ſunt vtilitates & commoda hominum generi, ut omnibus linguis, omnibus modis & rationibus, tum proſa oratione, tum verſibus, tum fuſius, tum breuius explicata eſſe debeant, vt ſi cui ratio vna dicendi non ſatiſfaciat, poſſit altera allicere hominem & trahere ad ea cognoſcenda, quibus nihil præſtantius, nihil vtilius, & naturæ hominum accommodatius inueniri poteſt. etenim reliquę ſcientię & facultates, ſingulæ ad ſingulas res faciunt, natura, ad rerum cauſas cognoſcendas, rem magis delectabilem, q̄ neceſſariam. dialectica, ad diſſerendum. Rhetorica, ad dicēdum. & reliquę eodem modo, ne in re notiſſima longiori vtar oratione

tione

tione. At hęc philoſophia, quæ à moribus nomen habet, ea eſt, quã Socrates longe ſapientiſſimus de cœlo euocaſſe dicitur, & inter ho mines in ciuitatibus habitare coegiſſe, ſine qua non modo recte uiue re, ſed ne viuere quidem quiſquam poſſit. hæc eſt, quę homines lon ge facilius bonos reddere queat, q̃ poſſint illi ſuapte euader natura, quæ cunctos mortales, niſi ipſi ſibi deeſſe velint, ſi nõ beatiſſimos, at certe beatos efficere valeat. hęc eſt enim virtus, quę in actione cõ ſiſtit. porro agere, qui non ſit quaſi mancus ad agendum, quilibet po teſt. Ac in his quidem ſatis conſtat, quibus omnia ſuppetunt, quę ad animum, & corpus, & ad extera bona referantur, pauperem vero (cum dico pauperem, qui non eſuriat, non rigeat) quid eſt, quod impediat, quo minus iuſtus eſſe poſſit, & fortis, & temperatus? nam quamuis in paruis ſit occupatus, in his tamen uſus, & habitus virtu tis ęque laudandus, atq; alterius in magnis. Quod cum ita ſit, quid eſt quam ob rem hic ſi non beatiſſimus, at certe beatus habeatur? Stoici omnium philoſophorum grauiſſimi in ſola uirtute beatam vitam poſitam eſſe dixerunt, quemadmodum in turpitudine ſummũ malum, cętera autem ne bona quidem, aut mala appellare voluerũt. à quibus reliqui philoſophi omnes et ſi verbis diſſentiant, rebus pro pè tamen conueniunt, & his, quę bona nominant, quæq; ad beatitu dinem adiũgunt, non plus ferè tribuunt, q̃ ipſi Stoici, qui ea alijs no minibus appellant. Quòd ſi ſola virtus, quam omnes bonitate natu ræ conſequi ualent, poteſt ſola hominem facere beatum, quis erit, qui beatus eſſe non poſſit? pauperes fuiſſe perhibentur Valerius Publicola, Fabritij, Calatini, Reguli, Cincinati, alij complures, nec his tamen paupertas fuit impedimento, quo minus haberent tum le niores virtutes, tum viriles, iuſtitiam, fortitudinem, tolerantiam, pa tientiam, pietatem, viriq; boni & eſſent, & haberentur, qui iidem ſunt cum beatis. Cumq; tantum boni nobis à virtute tribuatur, vt nullum maius inueniri poſſit, tum eſt ita facilis ad conſequendum,

vt infiniti homines ſine literis & doctrina, natura ſola duce, adhibito uſu, & exercitatione ipſam conſecuti furint, velut hij, quos modo nominaui, & complures alij in omni genere uirtutis. De fortitudine laudantur Marcelli, Torquati, Attilij, Fabritij. De abſtinentia Cornelij, Martij, Curij. Fœminæ etiam nonnullæ proferuntur. immortalitati commendantur Brutus primus conſul, Curtius, Decij pater & filius, ꝙ ob pietatem in patriam ad mortem properauerint. patiēs Scæuola, Pompeius. Conſtantes Q. Fabius Metellus, mulieres etiam quædam de hac uirtute laudantur. nullumq́; omnino genus virtutis erit, in quo non multos proferre poſſimus, præſtantes viros, & ab omnibus pleno ore laudatos. Iuſtitiam uero omniū virtutum facile principem, omitto ſenatum, nonne populus Ro. vniuerſus ſanctiſſime coluit? atq; ex his pleriq; ſine ullis literis, naturā ſolam ſecuti tantam ſunt virtutem conſecuti, vt eorum memoria æternitati æqualis futura eſſe videatur. Poteſt hoc idem confirmari ex præclariſſima atq; optima republica Venetorum, in qua infiniti multis ab hinc ſæculis uſq; ad hanc ætatem homines extiterunt in omni virtutum genere præſtantiſſimi, à doctrina quidem & literis plurimi, ſed non pauciores, qui bonitate ingenij, & domeſtica ciuitatiſq́; diſciplina omnes omnium generum virtutes conſequerentur, quos quis neget beatos extitiſſe, ut etiam nō fuerint beatiſſimi? quandoquidem hoc nominis his demum attribuitur, qui nullius rei egentes, nec quicq̄ aliud curantes totos ſe humanarum, diuinarumq́; rerum contemplationi dediderunt. qui ſapientes appellātur. qui pauci hodie ſunt, ſemperq́; fuerunt. At ars uiuendi, quæ prudentia, quæ philoſophia moralis nominatur, latius patet, cum pluribus communicatur, eam deniq; omnes conſequi ualent, etiam nullo adhibito extrinſecus adiumento. ſi uero etiam & ratio acceſſerit, quam tam facilem, tum compendioſam nobis commōſtrauit philoſophia, quanto facilius, quanto minori cū labore comparabitur? Vtile igitur, ut

etiam

etiam antea diximus, eſſe arbitror, hanc diſciplinam pluribus modis explicatam eſſe latine, ſi qua ratione homines inuitare, & ad ſe attrahere poſſit, vt ſe duce commodius perueniāt, quo multi abſq; extrario auxilio per ſe venire potuerunt. petoq; à te Pater ampliſſime, & ſi id non ſatis eſt, oro etiam, vt quamuis hos de philoſophia libros tum græce, tum latine legeris, hęc etiam legas, quandoquidem materia, quę illis ſubiecta eſt, & quam tractant, huiuſmodi eſt, vt non ſemel, aut iterum legere ſufficiat, ſed ſi fieri poſſit, nunquam ſit liber è manibus dimittendus. nam cum dicat Cicero, quāuis Sophocles vel optime ſcripſerit, Electram tamen ſe male conuerſam Atilij ſibi legēdam putare, cur non hęc quoq; legantur, quę, ſi quid ego ſentio, cum his omnibus, quę adhuc de gręcis in hac materia cō uerſa ſunt, legi poſſunt. cum prępipue de latinis, pauci admodum reperiantur, qui non melius latine, q̃ grece ſciant, faciliusq; legant, & citius quod latine explicatum ſit, q̃ grecum authorem, vnde illud cōuerſum fuerit. Hæc etiam quotieſcunq; leges, toties tibi actionum tuarum ueniet in mentem. quod erit non ſine delectatione, quando videbis eas cum philoſophię preceptis conuenire. ex quo etiam te iā diu beatum eſſe recognoſcas, ac demum beatiſſimum futurum, cū pulcherrimarū actionum occupatio, ętatis etiam flexu conſiſtere cęperit, teq; in contemplatione rerum humanarum, diuinarumq;, quarum ab adoleſcentia ſtudioſus fuiſti, totum collocaueris. Vale.

SVMMA TOTIVS OPERIS.

IN primo libro inquirit Philoſophus de fine hominis, quem cum inuenerit eſſe beatitudinem eam, quę in hac uita parari poſſit, eius diffinitionẽ venatur, quã ſtatuit eſſe actionem uirtutis, non impeditam, in uita perfecta, & ſuos numeros habente. In ſecundo diuiſa uirtute in moralem et naturalem, agit de morali, et ſummatim de ſingulis uirtutibus, et contrarijs uitijs. In reliquis libris uſq; ad ſextum latius explicat ſingulas uirtutes et oppoſita uitia. In ſexto de prudentia et uirtutibus mentis et intelligentię. In ſeptimo de quadam uirtute Heroica, quæ ſit ſupra communem uirtutem, et eius contraria immanitate efferata, quæ et ipſa excedit commune uitium. Itemq; de continentia, et incontinentia, et in extremo quędam de uoluptate. In octauo et nono de amicitia, et eius generibus. In decimo de uoluptate latius, ac demum de gemina beatitudine, Quarum altera mentis propria eſt, et in contemplatione uerſatur, altera poſita eſt in actione uirtutis moralis, quæ proprie dicitur uirtus, quę latius patet, et quam plurimi conſequi poſſunt.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER PRIMVS.

ARS *omnis, & diſciplina, itidemq; actio, & electio, cum finem aliquem ſibi proponant, bonum quoddam appetere videntur. Ob quam rem conuenienter ſummum bonum id eſſe dixerunt, quod omnia appetant, quod fortaſſe fuerit, cōuenienter naturæ viuere. Differunt autem inter ſe fines, & ea vltima, propter quæ cætera ſumuntur. namq; alia inſunt in actionibus ipſis, non foris petuntur, alia in operibus quibuſdam, quæ extra ſint actiones. dico autem finem in actione conſiſtere, qui quidem habetur inter agendum. vt cum muſici finis ſit delectatio, finis ipſe habetur dum perficitur actio, extra autem actionem finis nullus apparet. eſt vero finis extra actionem, vt domus, abſoluto enim opere, perfecta eſt domus, quæ quidem extat etiam poſt ædificationem. In quibus autem finis eſt aliud præter actiones, in his opera meliora ſunt actionibus. melior eſt enim domus, q̃ ipſius eiuſdem conſtructio. Cum vero multe ſint actiones, artes, & ſcientiæ, multi erunt & fines, veluti medicinę bona valetudo. rei familiaris, diuitię. Imperatorię, victoria. Quæcunq; autem ſub vnam aliquam facultatem cadunt, velut opifices frenorū ſub equeſtrem, & omnes alię, quæ ad equos inſtrumenta parant. ipſa porro equeſtris, & omnis apparatus bellicus ſub imperatoria facultate continetur, eodemq; modo alię ſub alijs, in his omnibus ſuperiorum fines potiores ſunt inferioribus.*

eſt enim optabilior victoria, q̃ frena, aut equi, aut aliquid aliud eorum, quæ ſunt artis imperatoriæ. huius enim gratia & alia omnia expetuntur. differt autem nihil, ſiue ſit finis in actione, ſiue extra actionem poſitus, quemadmodum in ante dictis artibus apparet. Quod ſi finis rerum gerendarum is eſt, qui ipſe per ſe expetitur, alia vero propter ipſum, nec omnia alterius gratia conſectamur, ſic.n.res ꝑgrediat' in infinitum, fruſtraq́; ſint deſideria nr̃a, ꝑſpicuũ eſt, hoc eſſe bonũ, & id, quod quærimus, ſummũ bonũ. huius igitur cognitio magni momenti eſſe videtur ad vitam hominum degendam, ſiquidem ad id reſpicientes, tanquam ſagittarij propoſito ſigno, facilius decentia, & cõuenientia naturę conſequemur. Quod ſi ita eſt, tentandum id ipſum diffinitione adumbrare, quid tandem ſit & ex qua nam ſcientia, aut facultate paretur. Videtur enim ex nulla alia comparari, q̃ ex nobiliſſima & omnium ſuprema, qualis ciuilis ratio iudicanda eſt. ea enim deſcribit quas artes in ciuitate haberi conueniat, & quæ à quoq; percipiendæ, & quatenus perdiſcendę. Videmus etiam ab hac eadem facultates, quæ in ſummo honore habentur, gubernari, Imperatoriam, rethoricam, familiarem. Quapropter cum hæc cæteris vtatur ſcientiis rerum agendarum, perſcribantq; ipſa quid ſequendum, & quod a quoque abſtinendũ, erit ex hac nimirum ſummum hominis bonum, ſub quo reliquorũ omnium fines contineantur. Quod & ſi idem ſit & publice, & priuatim, maius tamen, & melius uidetur, vt publicum ciuitatis bonũ comparare, & conſeruare conemur. & optabile quidem eſt, hoc vni & ſoli conficere, honeſtius vero, diuiniusq; ciuitatibus, & generi vniuerſo. Via igitur, & ratio ciuilis hoc conſectari, & appetere videtur. De his autem ſatis accurate dictum videri poſſit, ſi pro ſubiecta materia diſſeratur. non enim in quolibet genere, & materia, exacta quædam diligentia requirenda eſt, quẽadmodum in his, quæ ab arte proficiſcuntur. nam ea iuſta, & honeſta, de quibus poli

tia tractat, ita iactantur, & in tanta opinionum varietate verſantur, vt lege tantum, non etiam natura conſtare uideantur. pari conditione ſunt ea, quę bona dicuntur, ob eam cauſam, Quod multi attulerint detrimenta. Iam vero diuitię alijs exitio fuere, fortitudo aliis. Bene igitur habet, ſi cum ex huiuſmodi, deq; huiuſmodi rebus diſſeratur, pingui, quod aiunt, minerua veritas adumbretur. itemque contenti eſſe debemus, ſi cum de his et ex his, quę non ſemper, ſed plerunque eueniunt, ſermo habeatur, ſimiles quoque concluſiones conſequātur, eodemq; modo ſingula, quæ dicuntur accipienda ſunt. eſt enim eruditi, ut in unoquoque genere uſque eò exactam requirat explicationem, dum rei natura patiatur. parq; erratum eſt, mathematici probabilibus tantum rationibus eſſe cōtentum, et ab oratore exigere argumenta, quæ neceſſaria ratione concludantur. Quiſque enim recte iudicat de his, quę probe nouit, abſolute uero de omnibus, peręque omnia doctus. ob quam rem non eſt adoleſcens idoneus auditor ciuilium inſtitutionum, nondū enim experiens eſt actionum, de quibus omnis diſputatio futura eſt. Quod idem dicendum eſt de intemperante, & qui appetitus rationi non congruentes perſequatur. fruſtra enim, & inutiliter audient, ſi quidem huius inſtitutionis finis eſt, non cognitio, ſed actio. differt autem nihil iuuenis ne ętate quiſpiā fuerit, an moribus, nec enim uicium temporis eſt, ſed uitę intemperanter actę, & rationi repugantis. His uero qui appetitiones naturales cohibent, & rationi reddunt obedientes, ex eiſq; operantur, multum proderit harum rerum cognitio. Hæc igitur quomodo tractanda, & quæ ea ſint, & quis idoneus auditor, hactenus dictum ferit. Quoniam igitur omnis cuiusq; rei cognitio, et electio ad aliquem finem bonorum conteudunt, dicamus quid id ſit, quod ciuilis ratio inquirit, & proſequitur, & quidnam ſit illud ultimum, et extremum rerum agendarum, quod dicimus ſummum bonū. De nomine igit' ferè inter oēs cōuenit, nam et docti, et indocti

fęlici' atem appellant. honeſte enim viuere, & bene ſuum negotiũ gerere idē, eſſe ſentiunt, quod beate viuere. Verum quid nam felicitas ſit contendunt inter ſe, nec eodem modo interprtantur vulgus, & ſapientes. Quidam enim fęlicitatem eſſe dicunt aliquid ex his quæ patent, & in promptu ſunt, vt lætitiam, diuitias, honorem, alij autem aliud. Sæpuiſq; idem aliud alias de fęlicitate & dicit, & ſentit. nam ægrotus valetudinem rebus omnibus anteponit. pauper diuitias. alij ignorantiæ ſuæ conſcij excellentes viros, & ſapientia prędιtos admirantur. nõnulli vero omiſſis his omnibus, fælictatem ſuſpicati ſunt quiddã per ſe aliud eſſe, quod & cæteris bonis cauſa ſit, cur bona ſint. Omnes igitur opiniones exquirere et perſcrutari eſſet fortaſſe inanis cuiuſdam operæ. ſufficiat autem de his dicere, quę maxime emineant, nec ſine ratione dici videant. Oportet aũt nos meminiſſe multũ differr̄, ducat', ne à principiis ratio, an ad principia tendat. nec immerito Plato dubitabat, quærebatq;, vtrũ à principiis ad effectus ratio, & via eſſet, an contra, quemadmodum & in ſtadio, à præfectis ne curſorum curratur ad ſignum, an contrario modo. Incipiendum eſt vero à perſpicuis. quæ dupliciter diuiduntur. nam & perſpicua dicimus ad nos referentes, vt ea, quæ ſunt compoſita, & ſenſu percipiuntur & perſpicua abſolute, quæ mente tantum & ratione deprehendimus. fortaſſe igitur incipiendum ab his, quæ nobis cognita ſunt. ob quam rem optimis moribus inſtitui conuenit eum, qui de rebus honeſtis, & iuſtis, et oĩno ſo ciuilibus aptus ad audiendum eſſe debeat. principium enim eſt, ita res ſe habere. Quòd ſi hoc ſatis appareat, nihil opus fuerit rationem addere, quare ita ſit. Vt ſi quis concipiat mente inuidiã eſſe vituperandam, non vltra quęrat, quare ita eſſe conueniat. Qui igitur fuerint liberaliter inſtituti, aut habebunt ipſi per ſe ipſa principia, aut ſine difficultate percipient. Cui vero vtrunque defuerit, audiat quę Heſiodus dicat, optimus ille, qui per ſe cuncta diiudicat,

expendens

expendens diligenter quæ in futurum, & ad extremum vſq; condu cant. bonus & ille, qui recte monenti paruerit, qui vero neq; per ſe ſciet, ne q; alium audire voluerit, ignauus hic, & nullam in partem vtilis. ſed iam ad propoſitum reuertamur. Non ſine cauſa igitur bonum & felicitatem ex media hominum vita ducere videntur. Et vulgus quidem & ineptiores voluptatem id eſſe confirmant, ide circoq; vitam voluptariam complectuntur. Tria enim ſunt vitæ genera quæ emineant, hæc quæ nunc dicta eſt, altera ciuilis, tertia, quę in contemplatione verſatur. primi igitur non defferunt à villiſ ſimis quibuſq; mancipiis, pecudum vitam cęteris anteponētes. excu ſantur vero ea re, ꝙ multi in principatu degentes inſtituta Sarda napali conſectentur. Elegantiores vero, & qui ſe reipublicę dedi derunt, honorem cęteris anteponunt. ciuilis enim vitæ hic ferè finis eſt, et vltimum, quod adipiſci velit. videtur autem et hic leuior, nec radices ſtabiles agere. nam extra poſitus eſt honor, in arbitrio ho norantis potius, q̄ honorati. ſummum autem bonum proprium quid dam, et quod auferri nequeat eſſe quaſi diuinamus. Ad hęc viden tur honorem conſectari, vt probos ſe eſſe confidant. Quęrunt igi tur à prudentioribus honorari, idq; ob uirtutem, qua prędit eſſe ui deri uolunt. Ob quam rem horum iudicio conſtitui poſſit, uirtutē honore eſſe potiorē. Quod cum ita ſit, credi fortaſſe non abſurr dum ſit, uirtutem finem eſſe uitę ciuilis. Verum hęc quoq; imper fecta uidetur. contingit enim etiam uirtute prędit um et dormire, et ocioſum eſſe, ad hęc male pati, et maximis in rebus aduerſam for tunam experiri, hunc autem aut nihil agentem, aut ita in uita flu ctuantem nemo fęlicem dixerit, niſi ſiquis alicuius ſectę et inſtitu tionis ſententiam pertinacius tueatur. Verum de his hactenus. ſatis enim et alibi dictum eſt. Tertium eſt uitę genus, quod ponitur in contemplatione, de quo in ſequentibus cōſiderabimus. pecuniarum uero amplificatio uiolentum quoddam eſt, nec omnio in diuitiis eſt

id, quod quęrimus bonum. conferunt enim ipſæ ad alias res, bonum autem et fęlicitas, ipſa per ſe expetitur. et propiora ſunt quę ſupra diximus. ipſa enim per ſe expetuntur. Verum neq; in illis ſummum bonum conſiſtere uidetur, quamuis multi plurimis rationibus ſint id confirmare conati. Quare in pręſentia dimittuntur. ſatius autem fortaſſe, ut de communi bono conſideremus, et quo modo dicatur perquiramus, difficile ſanè et moleſtum negotium, ob authoritatem amicorum, qui ideas induxerunt. Verum nõ ab re fortaſſe uideat̃, uel potius neceſſarium, etiam propria dogmata delere, preſertim philoſophos, ut ueritas retineatur. Cumq; ſint et ueritas, et illi amici, ueritas anteponenda eſt. Authores igitur huius ſententiæ ideas non ponebant in his rebus, quæ ita ordinantur, vt aliud eſſet prius, aliud poſterius. ob quam rem numerorum ſpeciem nullam poſuerunt. Atqui bonum et in ſubſtantia reperitur, et in qualitate, et in eo, quod cum alio confertur. Quod autem per ſe eſt, et ſubſtantia prius naturæ ordine eſt eo, quod cum alio conferatur. Quare non erit aliqua in his communis idea. Prętęrea cum tot modis dicatur bonum, quot illud, quod eſt, ſi quidem Deus, mẽs, uirtus, moderatũ, utile, occaſio, et alia, quę ſunt diuerſorum elementorum habentur in bonis, manifeſtum eſt non eſſe id commune aliquid uniuerſis, et unum. neq; enim eſſet in omnibus elementis (elementa autem appello, quę uulgo prędicamenta dicuntur) ſed in uno tantum. Ad hæc, Quoniam eorum, quæ ſunt unius Ideæ, vna eſt ſcientia, cõſequens foret, vt & bonorum vna eſſet ſcientia, nunc vero multæ ſunt & eorum, quæ ſunt vnius elementi, vt occaſio rei bene gerendæ, in bello quidem ars eſt rei militaris, in ęgritudine vero, medicina. Et moderati, in cibo quidem, eſt medicina, in laboribus vero ars gymnaſtica que dicitur. Dubitauerit autẽ aliquis quid ſibi volunt cum illa additione, per ſe, vt cum dicũt per ſe bonum, ſi quidem in homine per ſe dicto, & in homine ſine ea additione vna &

eadem

eadē eſt diffinitio hominis. nam quatenus homo ſignificatur, nihil differunt homo & per ſe homo. Quod cum ita ſit, nec quatenus bonū intelligitur, diſsimilia erunt bonum & per ſe bonum. At enim iſtud per ſe bonum nec ob id, ꝙ ſempiternum ſit, erit magis bonū. nā nec albius eſt, quod diuitius durat, q̄ quod unū diem. Veriſimilius autem de eo dicere videntur pythagorei ponentes vnum in coniugatione bonorum. Quos & ſpeuſippus imitari videtur. Verum de his alias. In his autem quæ diximus, ſuboritur dubitatio, quia cum de bono oratio haberetur, non omne bonum cōprehendebatur. bonū enim vno modo dicitur, quod ipſum per ſe diligitur & appetitur. aliud autē ea de cauſa in bonis habetur, ꝙ bonū, quod ante diximus, nobis pariat, aut aliquo modo conſeruet, aut prohibeat contraria. quod alia ratione bonum dicitur, q̄ id, quod ē per ſe bonū. patet igitur dupliciter bona dici. & alia per ſe bona, alia bona quidem, ſed non per ſe bona, verum propter hæc ipſa per ſe bona. Seiunctis igitur bonis vtilibus ab his, quę ſunt per ſe bona, videamus, an hęc ipſa per ſe bona una ſpetie boni cōprehendantur. Quę nam igitur per ſe bona appellamus? nonne quęcunq; ipſa per ſe expetuntur, ut eſt intelligere, uidere, uoluptates etiam quædam, et honores. nam hæc, et id genus alia, et ſi ſequamur non nunquam propter aliud, tamen ex his habentur, quę ipſa per ſe bona ſunt. an nihil aliud erit propter ſe expetendum excepta Idea? at fruſtra ea fuerit, et ad nullam rem utilis. Quod ſi illa, quę ante diximus, ſunt et ipſa ꝑ ſe bona, boniq; rationem eandem in omnibus ipſis eſſe conuenit, ut in niue, et ceruſa eadem eſt ratio albedinis. porro honoris, prudentię et uoluptatis hoc ipſo ꝙ bona ſunt, diuerſę et inter ſe differentes ſunt rationes, non eſt bonum aliquod commune in una tantum ſpecie. Quoniam igitur modo ea, quę diximus, bona appellantur? neq; enim ſimilia ſunt his, quę temere et fortuito eiſdē nominibus nuncupantur. an quia ſunt ab uno, aut ꝙ ad unum contendunt? uc

lut in medicina, medicamenta, diętæ, et inſtrumenta omnia, quę procedunt ab arte, et tendunt ad ualetudinem. an potius ex proportione et conuenientia quadam uno nomine bona dicuntur. ut enim in corpore aſpectus, ſic in animo mens, et in aliis eodem modo proferre licet. Verum hęc in preſentia dimittenda. ſiquidem eorum diligens ꝑtractatio magis pertinet ad aliud philoſophię genus. Eodē modo et de Ideis. nam ſi quod vnum ſit bonum, quod communiter de ſingulis dicatur, aut ſegregatum quodam ipſum per ſe, omnino id non cadit in actionem, nec eſt hominibus parabile. at nunc id quærimus, quod conſequi ualeamus. Verum hic aliquis fortaſſe dixerit, boni illius ſeparati cognitionem conducere ad bonorum adeptionem, nam hoc tanq̃ exemplare propoſito facilius cognoſcemus. quę ſint nobis bona, ꝙ ſi cognoſcamus, et conſequemur. Hęc quidem ratio apparet probabiliter dici, videtur autem cum ſcientiis non bene congruere. omnes enim bonū aliquod appetentes, et ea, quę ad eius comparationem faciant, perquirentes omittunt iſtius exemplaris boni cognitionem. at non conueniebat tantum auxilij opifices oēs ignorare, ac ne quęrere quidem. Verum et hoc dubium, quid nam textori, et fabro profuturū ſit ad eorum artem, cognoſcere iſtud per ſe bonum, aut quomodo commodior futurus ſit medicus, aut Imperator exercitus, ſi hanc ſpeciem conceperit. nec enim medicus ualetudinē ſic abſtractam conſiderat, ſed hominis valetudinē, vel potius ſingulorum hominum valetudinem. nam ſingulatim medet. Verum de his hactenus dictum ſit. Rurſus redeamus ad boni inueſtigationem, quid nam ſit. aliud enim eſt alterius actionis, et artis. nec idem in medicina, quod in re militari, & eodem modo in reliquis diuerſum. Quid igitur in uno quoq; bonum? an non id cuius gratia reliqua aguntur? hoc autem in medicina erit. ualetudo, in arte militari, victoria. in fabrica, domus. & in aliis, aliud. omnis aūt actionis & propoſiti finis, eſt illud bonum, quod inde expetitur.

huius enim gratia reliqua peraguntur. Quòd ſi omnium rerum expepetendarum vnus ſit finis, hoc ſit ſummum bonum, extremum, & vltimum bonorum omnium. ſin plura fuerint extrema, erunt totidem bona. Verum in eandem dubitationem recidit nobis oratio. de eodem igitur manifeſtius dicere tentemus. Quoniam vero plures fines eſſe uidentur, quorum alij propter alios ſumantur, manifeſtum eſt, non omnes eos eſſe perfectos. optimus autem perfectum quiddam eſſe videtur. Quòd ſi vnus aliquis finis perfectus reperiatur, hic erit quem querimus. ſin plures, horum perfectiſſimus. Vltimum autem & extremum, quod per ſe ſit expetendũ, perfectius eſſe dicimus eo, quod ſit propter aliud. et id, quod nunq̃ ob aliud ſumatur, perfectius his, quæ et per ſe ſumuntur, et propter aliud abſolute igitur perfectum, puod ſemper ſit propter ſe expetendum, et nũq̃ propter aliud. huiuſmodi autem beatitudinem dicimus. hanc enim expetimus ipſam per ſe, et nunquam propter aliud. honor autem et uoluptas, prudentia, et uirtus omnis ſunt quidem per ſe expetenda, ut etiam nihil aliud ex eis conſequamur, uerum expetimus etiam propter beatitudinem, eamq́; per hæc conſequi poſſe arbitramur. beatitudinẽ, uero nullus appetit propter hęc, nec omnino propter aliud. Hoc idem confirmari uidetur ex eo, quod ſatis eſt, et ſufficit ad uitam degẽdam. perfectum enim bonum idem eſt cũ eo, quod ſufficit, et ſatis eſt. quod non ita interpretamur, ut ſolitarie degenti ſufficiat, uerum et parentibus ſuppetat, et liberis, et uxori, amicis deniq; et ciuibus ſuis. eſt enim homo natura appetens conuictus, et ſocietatis. uerum adhibenda eſt moderatio quædam. nam ſi quis à parentibus procedat ad auos, nepotes, et amicorum amicos. finis non reperiatur. Verum de his alio tempore conſiderandum.

Id autem quod ſufficere, & ſatis eſſe dicimus, huiuſmodi eſt, vt vitam optabilem faciat, & nullius rei egentem. Quodam autem tale beatitudinẽ eſſe putamus. cui ut etiam nihil addatur, omnium

tamen eſt optatiſſima, ſin uel minimo bono adnumeretur, patet optabiliorē, fore auget enim id quod additur, cumulum bonorum. & maius bonum ſemper optabilius. perfectum igitur quiddam beatitudo eſſe videtur, & cui nihil deſit, quippe quæ ſit omnium rerū agendarum finis. Verum fortaſſe inter omnes conſtet, optimū eſſe beatitudinem, deſideretur autem quid ea ſit, euidentius aſſignari. Quod puto contingat, ſi quodnam ſit opus & officium hominis inſpexerimus. Quemadmodum enim in omni artificio, quod in aliqua actione & opere verſetur, in ipſa actione et opere laus, et officij fructus conſiſtere videtur, ſic et in homine videri neceſſe eſt, ſi que ſint illius pertes, et actiones. Quid ergo? fabri et ſutoris opera quædam erunt, et actiones, hominis non erunt? ſed erit natura deditus ad ocium? an quemadmodum et oculi, et manus, et pedis, omnis deniq; particulæ munus aliquod extat, ſic et hominis præter hæc omnia, officium aliquod ponendnm eſt quod nam igitur iſtud erit? et enim uiuere cōmune eſſe videtur et plantis. Sed proprium quoddam quęritur hominis. Seponatur igitur ea uita, qua corpora aluntur. proxima eſt ea, quæ ſenſu affecta eſt, apparet autem hæc quoq; cōmunis eſſe cum equo, et boue, et cæteris animantibus. ſupereſt igitur vita nata et facta ad agendum in eo, quod ſit ratione præditum. cuius naturæ vis duplex eſt. vna ratione intelligentiaq; affecta, altera rationi obtemperans. Sed cum et hęc uita, in qua ineſt ratio, dupliciter dicatur, nam modo aliquid agit, modo ocioſa eſt, cum tamen facta ſit ad agendum, ea ſumēda eſt, quæ uerſatur in actione, uerius enim hæc, uita dici videt. Quòd ſi opus hominis eſt actio ſecundum rationem, aut non ſine ratione, opera autem quę quoquomodo fiunt, & quæ bene fiunt eadem genere dicimus, veluti cytharedi opus, & boni cytharedi idem genere eſt, & eodem modo in omibus alijs, addita ad opus, quodcunque illud fuerit, præſtantia ea, quæ ex uirtute prouenit, eſt enim textoris, texere: & boni tex-

toris, bene texere: & optimi, optime, quam ob rem & hominis munus eſſe dicemus uiuere in actione ſecundum rectam rationem: boni autem uiri, bene & honeſte agere. unumquodque autem ſua cuiuſque uirtus recte perficit. Quod ſi hęc ſic ſe habeant, ſummum hominis bonum in actione ponemus, quę ſit ſecundum uirtutem, eamq; optimam, & perfectiſſimam, ad quod addendum, in uita perfecta, & ſuos numeros habente. neque enim una hirundo uer facit, ut eſt in prouerbio, nec una dies, ſic nec uitam beatam efficit dies unus, aut breue tempus. Sit igitur hęc ſummi boni deſcriptio. nam principio cuiuſlibet rei formam melius fortaſſe adumbrare, deinde ſuis coloribus pingere. non difficile autem uidetur, quę bene primis quaſi lineis informata fuerint, euidentius exprimere, & ad ſummum perducere. & tempus hęc huiuſmodi inuenit, aut ad ea multum adiuuat. Inde & artium incrementa fiunt. nec enim difficile eſt addere, ſi quid deſit. Meminiſſe autem conuenit eorum, quæ ante diximus, nec in omnibus eandem limam exigere: uerum in unoquoque genere pro ſubiecta materia, & quatenus rei natura patiatur. nec enim faber, & geometra eodem modo de recta linea, aut triangulo inquirunt. quippe cum hic quid ſit, & cuiuſmodi ſpeculetur, eſt enim ueri indagator: ille uero quatenus ad opus conducat. eodem modo et in alijs faciendum eſt, ne longior eius, quod attingendum erat, quàm cuius gratia attingatur, ſuamatur oratio, nec quęrende in omnibus ęque cauſę, uerum ſat eſt in quibuſdam, ſi eſſe dicantur: quemadmodum de principijs faciendum eſt, eſſe enim aliquam rem, et ita poni, primum et principium eſt artibus. ueluti in hac ipſa inſtitutione morali, principium eſt, beatitudinem eſſe optimum quiddam. principià uero partim inductione comprobantur, alia ſenſu: alia cõſuetudine quadam: atq; aliter alia. ptractanda uero ſingula ſecundum naturam ſuam, dandaquè opera, ut recte diffiniatur.

maximi enim id momenti eſt ad ea, quæ conſequantur, ſiquidē plus q̄ dimidium videtur eſſe, principium: multaq́; addubitata per principia pate fiunt. Inquirendum vero de beatitudine non ex concluſione tm̄, & his, ex quibus ratio conſtat: ſed & ea, quę de ipſa dicunt, fidem facere debent, quippe cū vero omnia congruant quę inſint in rebus, à falſo vero celeriter verum diſcrepet. Cum igitur tria bonorum genera eſſe dicantur. vnum externorum, corporis alterū, tertium animi, hæc vltima præcipue bona, et maximę rata habent. actiones autē, officiaq́; animi in bonis animi ducimus. Quare quod attinet ad hanc opinionem veterē, & à philoſophis approbatā bene de beatitudine terminauimus, cum eam animi actionem, adhibita virtute diffinierimus. recte autem & ob eam rem, ꝙ finis in actione quadam & mentis agitatione conſtare dicitur. ob eamq; cauſam in bonis animi collocabitur, non in fortunæ temeritate. Congruit vero & illud cum eo, quod de beatitudine conſtituimus, ꝙ fęlices exiſtimantur bene viuere, & recte agere. nam ferè bene viuendo, & recte agendo vitam beatam degere dicuntur. Iam vero quæ de beatitudine quæruntur omnia ante dicta in definitione eſſe videntur. ſiquidem eam virtutem multi eſſe opinant, alij prudentiam, nonnulli ſapientiam, quidam hæc omnia, aut horū aliquid cū voluptate, aut non ſine voluptate. Sunt etiam, qui bona externa ducant aſſumenda. Et hæc partim vulgo, & à veteribus philoſophis diſputantur, partim à paucis, iiſdemq; clariſſimis viris, quos neutros errare tota via, quod aiunt, veriſimile eſt, verum aliqua in re, vel potius in maiori parte recte ſentire. Cū illis igitur, qui beatitudinem in tota virtute, aut in parte ponunt, congruit opinio noſtra. virtutis enim, aut ſecundum virtutem eſt actio omnis. Differt autem fortaſſe nō parum, in poſſeſſione ne, an uſu ſummum bonum ponatur. et in habitu ne, an actione conſiſtere dicatur. contingit enim ineſſe habitū, & tamen in nulla bonorum actione verſari, velut ſi fuerit in dormiente

miente, aut alia ratione ocioſo. actio vero minime eodem modo intelligi poteſt, vt nihil agat. etenim aget neceſſario, & recte etiam aget. Quemadmodum vero in Olympiæ ſtadio, non pulcherrimi et fortiſſimi quiq; coronantur, ſed decertantes, ex his enim aliquis victor euadit, ſic & in bonorum vita, & honeſtorum hy, qui recte agunt, beatitudinem conſecuntur. eſt uero beatorum uita per ſe iucunda, et gaudiys referta. etenim gaudium ad animum refertur. Eſt uero unicuiq; iucundum id, ad quod natura inclinatus eſt. uelut ei, qui ad equos animum adiunxerit, eſt equus lætabilis. & ſpectacula delectant deditum ſpectaculis. eodem modo & iuſtitia iucunda eſt iuſto. deniq; ea, quę ſunt uirtutis, lætabilia uirtutis ſtudioſo. In uulgo igitur iucunda inter ſe diſcrepant. non enim natura talia ſunt. probi autem uiri iucndis his, quę natura huiuſmodi ſunt, gaudent. Iucundæ uero ſunt actiones, quæ à uirtute proueniunt. quæ quidem his, quos diximus, iucundæ ſunt, & per ſe iucundę. etenim eorum uita nihil uoluptate, tanquam appendicula indiget, ſed habet ipſa in ſe uoluptates. ad hęc nullus eſt bonus, qui non pulchris, & honeſtis actionibus delectetur. nec enim iuſtus appellandus, quem non actio iuſtitię iuuet, nec liberalis, quem non benigne facta delectent. eodem modo & in alyſ. Quòd ſi ita ſe res habet, per ſe ipſę iucundę ſunt actiones uirtutis, bonæ etiam et honeſtę, uel potius longe optimę, et honeſtiſſimę, et iucundiſſimæ, ſi modo de his uir bonus recte iudicat, ut neceſſario iudicat, quemadmodum antedictum eſt. conſtat igitur pulcherrimum quiddam, et ſuauiſſimum eſſe beatitudinem. nec iſta diſiungi, ut in epigrammate Delphico, pulcherrimũ quod iuſtiſſimum. optimum, bene ualere. iucundiſſimum, optatis perfrui, quippe cum hęc omnia inſint in optimis actionibus. has enim, aut earum aliquam, quæ optima fuerit, dicimus eſſe beatitudinem. Hęc tamen, ut etiam ante diximus, externa ope indigere uidetur. nec enim cõtingit, aut nõ facile cõtingit, ut cui neceſſa-

rianon ſuppetant, hic pulchra et honeſta operetur. multa enim efficiuntur per amicos, aut diuitias, aut ciuilem potentiam quaſi per inſtrumenta quędam. Quibuſdam etiam rebus priuati non omnino fęlices habentur, ueluti nobilitate ſi quis careat, aut pulchra ſobole, aut bona forma. nec enim admodum fęlix habeatur, qui deformis fuerit, aut ignobilis, aut qui liberos non ſuſceperit, aut ſuſceptos amiſſerit. Ad hæc minus fortaſſe beatus, ſi cui peſſimi liberi fuerint, aut amici boni deceſſerint. indiget igitur beatitudo, ut eſt dictum, huiuſmodi proſperitate. Quamobrem idem eam nonnulli cum fortuna ſecunda, alij cum uirtute eſſe dixerunt. unde dubitatio exoritur, utrum beatitudo diſciplina, an ſtudio et quaſi conſuetudine, an aliqua exercitatione comparetur. an potius diuino numine, an & bona fortuna ſe ſe nobis offerat, & inſinuet. ſi quod enim aliud è cęlo à dijs immortalibus hominibus datum eſt, veriſimile eſt & beatitudinem munus eſſe deorum, & eò magis, ꝙ ſit rerum expetendarum longe optimum. Verum hoc fortaſſe magis alterius ſit inquiſitionis. non dubium eſt tamen, ſi minus è cęlo demiſſa ſit, ſed virtute, aut aliqua diſciplina, aut etiam exercitatione cõparet̃, quin nobiliſſima & pſtãtiſſima res ſit. virtutis.n.pmiũ et finem, optimum quodã, & diuinum, ac beatum eſſe conſtat. quod quidem etiam latius patet, & pleriſq; expoſitum ad conſequẽdum, quippe cum illud diſciplina, & accurata quadam diligentia quilibet adipiſci valeat, qui minime quaſi mancus fuerit ad virtutem exercendam. Quod ſi ita eſt, in virtute, & cura quadam reponenda beatitudo eſt, potiusq̃ in fortuna. Quod etiam veriſimile eſt. Nam quemadmodum vnumquodq; optime in ſuo genere natura procreat, eodem modo quę ex arte, aut cauſa aliqua, præcipue optima ducantur, perfectiora ſunt, quàm quæ temere & fortuito proueniant. rem vero longe maximam, & pulcherrimam committere fortunæ

tere fortunæ, eſt non mediocriter delinquentis. ſit hoc etiam aper-
tius ex ipſius beatitudinis diffinitione. dictum eſt enim hanc eſſe
actionem animi, ſecundum virtutem: reliquorum autem bonorum
alia ad eius explectionem aſſumi neceſſario, alia prodeſſe tan-
tum, aut aliquo modo ad illam pertinere, tanquam adiumenta quę-
dam, Congruunt hęc etiam cum his, quæ in principio diximus. fi-
nem enim ciuilis facultatis optimum propoſuimus. quippe quæ
plurimum diligentię adhibeat, vt ciues quàm optimos reddat, &
idoneos ad res honeſtas. Iure igitur neque bouem, neque equum,
nec iumentum aliud beatum ducimus. nec enim participat ratio-
nem, in qua beatitudinem conſiſtere diximus. ob quam cauſam
neque puer fęlix eſſe poteſt, nec enim per ætatem idoneus eſt ad
agendum. Quòd ſi quis fęlix vocetur, id ex ſpe ducitur, quæ de
illo concitata fuerit. opus eſt autem ad beatitudinem, vt diximus,
virtute perfecta, & plena vita. multæ enim & varię ſunt fortu-
næ mutationes, ſepiusq́; accidit, vt ei, qui in prima ætate floruerit,
maximæ calamitates interueniant in extrema. vt Heroicis tempori-
bus de Priamo ſcriptum legimus. & enim tali fortuna concuſ-
ſum, & miſere decedentem nemo beatum uocauerit. Quid er-
go? nemo ne dum viuit beatus erit exiſtimandus? ſi Soloni cre-
dimus, vitę finis expectari conuenit. At ſi ita conſtituerimus,
nemo beatus fuerit, niſi poſtquam deceſſerit. quo quid abſur-
dius dici, aut fingi poteſt? pręcipue cum in actione quadam fęli-
citatis collocetur? Quòd ſi non dicimus defunctos fęlices, neque
hoc ſentit ſolon, ſed hominem cum deceſſerit, tunc poſſe tuto
uocari fęlicem, quippe qui extra omnes iam miſerias fuerit, eſt
& in hoc dubitatio quædam. Nam quēadmodum uiuenti, vt etiam
nō ſentiat, bonum tñ aliquod, aut malum accidere poteſt, ſic et mor-
tuo contingere nihil ꝓhibet, veluti honores, et ignominias liberorū,
nepotū, illorū deniq́;, qui ab illo fuerint proſperitates et calamita-

tes.faciunt & illa dubitationem. nam vt etiam quis ad ſenectutem vsq; beate vixerit, deceſſerit etiam pro vitæ dignitate, huic tamen in poſteris maximę mutationes fieri poſſunt, & alios quidem beatos eſſe, & vitam viuere laudabilem, alios vero contrario modo. & oĩno poſt obitum parentũ, contingit aliquando, vt filij fortunam uariam expæriantur. abſurdum igitur ſi & defunctus eodem modo cõmutet, & fiat nũc quidẽ beatus, alias vero miſer. abſonũ rurſus, ſi nihil ullo tpe poſterorũ fortuna parentes iã defunctos attingat.

Sed iam reuertamur ad illud, de quo ſuperius addubitabamus. nam ex illo fortaſſe & hoc, de quo nunc queritur, explicabitur. ſi ergo finem vitę expectari oportet, & tunc demum vnumquemq; uocare fęlicem, non ꝙ eo tempore fęlix, ſed ꝙ prius fuerit, quidni abſurdum ſit? ſi quando quis beatus fuerit, non vere dicatur, tunc illum eſſe beatum ea de cauſa, ꝙ non phas ſit quemq̃ dum ſupereſt vocare fęlicem propter viciſſitudines rerum, & quia beatitudinem eſſe ſtabile quiddam, & varietati minime ſubiectum animo conceperimus, fortunæ vero caſus & mutationes in eiſdem ſemper reuoluãtur, non dubium eſt enim, ſi fortunam ſequamur, quin ſæpius eundem beatum, & rurſus eundem miſerum appellemus, quaſi Cameleontem quendam. Quid ergo? an non verum eſt, neq; conuenit ſequi fortuita neq; enim in his bonum, aut malum repoſitum eſt: verum fortuitis indiget uita cõmunis, quemadmodum dictum eſt, uirtutis autem uſus efficiens eſt beatitudinis, quemadmodum uitioſitas, miſeriæ. Quam ſententiam comprobat modo poſita dubitatio. in nulla enim rerum humanarum tanta eſt firmitudo, ſtabilitasq;, quanta eſt in uirtutis actionibus. quę uel ipſis ſcientijs diuturniores eſſe uideantur. quæ quo præcioſiores, eo ſunt ſtabiliores, propterea ꝙ in his maxime, & aſſidue beati uerſentur. Quæ cauſa eſt, ut nullam ſubeant obliuionem. Inerit & in beato ea, de qua ſupra querebamus, fęlicitatis conſtantia erit enim quam diu

uiuet

uiuet beatus.ſemper enim, aut plerumq; aget, aut contemplabitur ea,quæ fuerint virtutis. Quamlibet etiam fortunam pulcherrime feret uir vndecunq; perfectus, et in omnem partem rectus aſſurget,inſtar quadranguli. Cum multa vero fiant caſu et fortuito, quę differāt magnitudine, et exiguitate,manifeſtum eſt neq; bona, neq; mala,quæ quidē in paucis conſiſtunt, momentū hēre ad uitam hoīs immutandam, magnæ autē & frequentes proſperitates vitam redent beatiorem, eruntq; illi decori & ornamento, quarum vſus honeſtus,& expectēdus eſt,contra vero quę accidant,conterunt,& inquinant beatitudinem. etenim ægritudines inferunt aliaq; incommoda, quæ multa impediunt acta præclara. ſed tamen & in his quaſi elucet fortitudo,& decorum,cum multa quiſpiam & magna æquo animo incommoda ferat,non per ſtuporem quendam,ſed per altitudinem magnitudinemq; animi. Quod ſi actiones & opera in vita dominantur,quemadmodum diximus,nullus beatus poterit fieri miſer.nec enim odioſum quicq̄ aget,& improbum. virum enim bonum, & prudentem quamlibet fortunam ſtatuimus honeſte laturum, proq; præſenti facultate ſemper ad pulcherima quæq; aggreſſurum,Quemadmodum & imperatorem pro inſtrumento & apparatu bellico ſtrenue prælium commiſſurum, & ſutorem pro ea,quæ aderit copia,calceum pulcherrimum cōfecturum.eodē modo et alios opifices omnes. Fęlix igit nunq̄ poterit effici miſer, beatus tamen non fuerit,ſi in Priami calamitates,et miſerias incurrat.Sed nec variæ fortunę,nec mutationibus erit procliue obnoxius, nec enim ex beatitudine facile decidet,nec paruis incommodis, ſed multis,et magnis.ex his autem non emergat breui, et denuo paruo negotio beatus reddatur ſed multa et magna commoda perdiu conſequatur oportet. Quid igtur prohibet vocare fęlicem eum, qui actione perfectę uirtutis utatur,et cui externa bona ſuppetant ſatis quod ſit,non ſolum ad breue tempus,ſed quādiu uixerit.an addendū

*& qui ita victurus ſit, & ẽt pro vitæ dignitate deceſſurus? incerta
enim nobis futura ſunt. beatitudinẽ vero finem certũ ducimus, &
oĩbus numeris perfectum. Quòd ſi ita ſe res habet, beatos appellae
bimus viuentes, & quibus, quæ ante diximus, adſint non de futura.
beatos aũt, ut phas eſt hominem vocare beatũ. Et de his quidem hae
ctenus hoc mõ. Fortunas vero poſterorũ, et amicorum omnium ſi
exiſtimemus nihil ad nos pertinere, valde inhumanum ſit, et ſenſis
cõmunibus alienum. Cũ multa vero ſint, quę in vita contingant, et
alia remotius nos, alia proprius attingant, determinare de ſingulis
longum, vel infinitum potius videat᷑: generatim uero de oĩbus, facie
e, et quod fortaſſe ęque ſufficiat. nam quẽadmodum in cuiuſq; ree
bus aduerſis alia premunt, et magnã inclinationem afferunt uitæ,
alia ſunt leuiora, ſic et de incõmodis, quę his accidunt, quos charos
habemus iudicandũ eſt, alia nos affligere, alia minus eſſe curanda.
ſed differt uiuẽtibus ne, an defunctis accidãt calamitetes; idq; mule
to magis, q̃ ſi dira quædã et horribilia in tragedia agant᷑ præterita,
an re ipſa, et ueritate ſub oculis ſubyciant᷑. attendẽda igitur et hoc
mõ differentia. Quin fortaſſe de mortuis multo magis dubitari cõe
uenit, an boni alicuius, aut mali participes efficiant᷑. nã ex his intuẽ
ti, etiã ſi quòd cuiuſcunq; modi ſiue bonũ, ſiue malũ ad eos pertine
gat, remiſſum id tñ et exile, aut oĩno, aut quòd ad illos attineat, eſſe
uideat᷑: certe nõ tale, ac tm̃, ut qui non fuerint, beatos reddere poſe
ſit, aut beatitudinẽ auferre ab his, q beati fuerint. Ad defunctos igi
tur ꝑtinere uident᷑ ꝓſperitates, itidẽ et aduerſa, ſed eatenus, ut neq;
beatos reddant infęlices, nec aliud huiuſmodi quicq̃ efficiãt.* His
*ita determinatis, de beatitudine cõſideremus, utrũ eã laude, an hono
re, et admiratione afficiamus. nec. n. facultas aliqua eſt beatitudo, ue
luti eſt Imperiũ, diuitiæ, robur, pulchritudo, q̃ ſi cui adſint, et is ree
cte utat᷑, in laudibus poni cõſueuerũt. uidet᷑ ãt omne laudabile, ea de
cauſa laudari, ꝙ certa qualitate ꝑditum ſit, et quodãmodo ad aliqd
affectum*

affectũ. Iuſtum.n.et forte, uirũ deniq; bonũ, et uirtutẽ ipſam lauda mus ex opere et actionibus. robuſtũ itidẽ, et ad curſum uelocẽ, et a liorũ unũquẽq; ea de cauſa laude afficimus, ꝙ aliqua ſit ꝑditus quali tate, et ad aliquod bonũ, honeſtũq; quodã modo ſit affectus, idq; at tingat. Quod etiã ex ijs patet, quibus deos afficimus, ridiculũ.n. ſit, ſi dij quo iꝫ nobiſcũ laudibus dignent. hoc aũt eo cõtingit, ꝙ laudes ex affectione quadã, et cũ alijs cõparatione, quẽadmodum diximus, colligant. Quod ſi harũ huiuſmodi rerũ laus ponẽda eſt, nõ erit opti marum rerũ laus, ſed maius quiddã, et melius laude tribuetur optimis, id, quod ꝑſpicuum eſt. Deos n. et homines eos, q ad deos proxime accedunt, non laudamus; ſed potius admiramur, et felices beatosq; uocamus. eodem mõ et ultimũ ſupremumq; bonorũ omnium. nemo.n. beatitudinẽ laudat eo mõ, quo iuſtũ. nec.n. hẽt qbus cũ conferat, ita, ut ex eorũ cõtentione extolli poſſit, ſed eã potius admiramur, ut melius, et diuinius quiddã. Et Eudoxus cũ uoluptati primas daret, feſtiue pro argumẽto adduxit, ꝙ eã laudibus nõ afficeremus, cũ tñ in bonis haberet. hoc ipo.n. oſtẽdere ſe arbitrabat, eã oĩbus ſuperiorẽ eſſe laudationibus: et huiuſmodi deũ quoq; eſſe ſummũ bonũ. ꝑconia uero deberi benefactis ęque corporis, et animi. Verũ de his diligẽtius ꝑtractare eorũ fuerit fortaſſe ꝓpriũ, q ſe ſe laudationũ ſtudijs dediderũt. Iã uero patet ex his, q dicta ſunt beatitudinem ꝑfectum eſſe quiddã, atq; diuinũ. Quod ẽt ob eã cauſam eſſe uideatur, ꝙ ipa principiũ eſt. ad hãc.n. cętera, q agamus referũtur omnia. principiũ ãt, et cauſam bonorũ nobilitatũ qddã et diuinũ ducimus. Qm̃ uero beatitudo ẽ actio quędã ai, ex uirtute ſolida ꝓueniens, de uirtute ipſa conſiderandum eſt, ſic enim fortaſſe melius etiam de beatitudine contemplabimur. nam et qui ſe ad curam reipublicæ contulerunt plurimum in uirtute negotij ſuſtinent, dum ciues ſuos uiros bonos reddere conãtur, et legibus obtemperãtes. cui rei exẽplo fuerint Cretẽſiũ, lacedemoniorumq; legum ſcriptores, ac ſi q alij ſimiles extiterunt. Quod ſi ciuilis facultatis eſt hæc conſi-

deratio, non aberrabith uiuſmodi Inquiſitio ab eo, quod paulo ante propoſuimus. tractandum vero de virtute ea, quę in hominem cadere poteſt, eodem modo & de beatitudine. virtutem vero intelligi volumus non corporis, ſed animi, nam & beatitudinem actionem quandam animi eſſe diximus. Quòd ſi hæc ſic ſe habent, perſpicuum eſt eos, qui de republica tractent, non ignaros eſſe oportere animi naturæ, quemadmodum & qui oculis medeatur, totius corporis rationem tenere, idque tanto magis, quanto nobilior præſtantiorq; ciuilis ratio, quàm medicina. atqui probati medici multum negocij ſuſtinent, dum totam rimantur corporis naturam. cognoſcenda eſt igitur reipublicæ moderatori vis, naturaq; animi, idq; huius inſtitutionis gratia, & quatenus ſufficiat ad eorum, de quibus agitur, explicationem. nam de animo ipſo latius inueſtigare difficilius fortaſſe fuerit, quàm pro ea, quæ eſt in manibus, materia. & ſatis de eo dictum eſt alijs editis libris, ex quibus vtendum erit his, quæ ad hoc negotium pertinebunt, velut illud eſt, animum in partes diſtributum eſſe duas: quarum altera ſit expers rationis, particeps altera. hæc autem vtrum ſepoſita, & diſcluſa ſint, quemadmodum partes corporis, & omne, quod partibus conſtat, an ratione tantum duo ſint, vt in orbis ambitu conuexum, & concauum, præſentis inſtitutionis nihil interſit. Eius igitur partis, quæ uacat ratione, commune quodam eſſe uidetur & ſtirpibus. id videlicet, quo corpora aluntur & augentur. huiuſmodi enim vis quędam in omnibus ponenda eſt, quę alimenta deſiderent, & in fœtibus, atque etiã in perfectis, adeoq; magis in perfectis. Eiuſdem pręterea eſt virtus quædam communis, non hominis tantum propria, quæ præcipue in ſomnis operari uidetur. nec enim in ſomno diſcernitur bonus ab improbo, ex quo illud vulgatum eſt, per dimidium vitæ non differre beatos à miſeris. accidit vero hoc non immerito. etenim eſt ſomnus quaſi ocium, vacatioq; animi, quatenus bonus, vel ma-

lus

lus habetur. Sed tamen ex his, quę quis agat vigilans, aliquid ſenſim penetrare ſolet etiam ad dormientem: vnde bonorum, & doctorũ viſa meliora ſint, q̃ vulgi imperitorum. verum de his ſatis. Vis igitur hęc alendi dimittenda eſt. quandoquidem humanæ virtutis eſt expers. apparet autem & alia quędam vis eſſe animi, vacans quidẽ ratione, particeps tamen quodammodo rationis. continentis enim & incontinentis rationem, & eam animi partem, quę retinet rationem approbamus: quippe quę recte, & ad optima cohortetur. In ipſis tamen & aliud quiddam præter rationem apparet, quod repugnet reſiſtatq; rationi. Omnino autem quemadmodum membra in corpore luxata, ſi quis in dextram partem dimouere conetur, in ſiniſtram dilabuntur, ſic & in anima accidit. in contrarium enim feruntur appetitiones incontinentium. Verum in ipſis corporibus cernimus, quod perperam deferatur, in anima autem non apparet. ſed tamen non minus & in anima exiſtimare debemus, ineſſe quiddam præter rationem, quod rationi inſurgat, & aduerſetur. refert autẽ nihil quomodo ſit ab illa diuerſum. tantum videtur & hoc, vt diximus, rationis eſſe particeps. quippe quod in homine cõtinente pareat rationi. quod idẽ etiã procliuius facit in tẽperante, & forti uiro, etenim in hoc oĩa cum ratione cõcordant. Quod igitur rõne vacat dupliciter diuiditur. & id quidem, quo corpora aluntur et augentur nequaquam participat rationem. Quæ autem vis eſt cupiendi, et omnino appetendi, eatenus rationis eſt particeps, quatenus illi obediens eſt, et obtemperans, ſic quidem et patris, et amicorum dicimus habere rationẽ, ſed non vt Mathematicorum, apud quos ratio aliud ſignificat. Quòd autem compeſcat ratio eam partem, quæ uacat ratione, indicant admonitiones, et cohortationes. Quòd ſi et hanc partem dicamus habere rationem, duplex erit id, quod teneat rationem, pars vna ſcilicet, quę proprie, et ex ſeipſa rationem poſſideat, altera quę quaſi parenti obtemperet. Diuiduntur

autem et hac ratione uirtutes. nam alias eſſe mentis dicimus, et intelligentię, alias moris et conſuetudinis. prudentiam enim et perſpicatiam, et ſapientiam mentis, et intelligentię, liberalitatem uero, et temperantiam, conſuetudinis, et moris. nam ſi quem ex moribus laudamus, non dicimus eum eſſe ſapientem, aut perſpicacem, ſed mitem, aut temperatum, aut aliquid huiuſmodi: ſapientem uero etiam ex habitu laudamus, nam rectos laudabilesq́ꝫ habitus uirtutes appellamus.

FINIS PRIMI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER SECVDVS.

CVM ſit autem virtus partim mentis, partim moris & conſuetudinis, quam ſanè moralem dicamus, ea quę eſt mentis & ortum & incrementum ferè ex diſciplina ſuſcipit. ob quam rem experimentis eget, & diuturnitate temporis: Moralis vero, ex more fit & conſuetudine, quod & ipſum nomen indicat inde deductum. Ex quo etiam illud perſpicuum eſt, ex huiuſmodi virtutibus nihil natura nobis ineſſe. nulla.n. rerum natura põt in contrariũ habitum cõmutari, velut lapis cũ deorſum natura feratur, nunq̃ ſurſum ferri conſueſcat, ne ſi quidem millies quiſpiam ſurſum proijcere conetur, neq; ignis, deorſum, nec aliud quicq̃ contra, q̃ natura ferat, aſſueſcere queat. Non igitur natura, neq; præter naturã in nobis uirtutes inſunt, verum cum apti habileſq; naſcamur ad eas ſuſcipiendas, ſuſceptæ more, & conſuetudine perficiuntur. prętereà quas res nobis natura affert, earum rerum agendarum, vim facultatẽq; prius habemus, deinde agimus, & ea ui facultateq; vtimur, id, quod ex ſenſibus apparet manifeſte. nec.n. ex eo, ꝙ ſæpius aſpexerimus, aut audierimus, ſenſus accepimus, ſed cõtra, cũ haberemus, vſi ſumus, nõ cũ vſi eſſemus, accepimus. Virtutes vero cõſequimur agitatione ipſa, & adminiſtratione pręcedente, quemadmodum & in alijs artificijs. Quæ enim cum percepta & cognita fuerint facienda ſunt, hæc faciendo maxime percipimus, & cognoſcimus, vt ædificando, fabri euadimus, & fidibus vtendo, cytharedi co-

Digitized by Google

dem modo et iuſtis, fortibus, temperatis exercendis, iuſti, temperati, fortes efficimur. Quod comprobatur his etiam, quæ vſurpantur in ciuitatibus. etenim principes et hi, q̃ reipublicę præſunt, ciues bonos reddunt bonis moribus aſſuefaciendo. et hoc eſt propoſitum et voluntas omnium, qui reſpublicas regere, et populis iura dare conentur. hęc qui non recte faciant, peccant vel maxime. atq; hoc ipſo reſpublica differt bene morata à deteriori. Ad hæc ex hisdem, atq; per eadem quęlibet virtus et ars perficitur, atque deſtruitur, fidium enim tractatione et boni, & mali efficiuntur cythar ædi. pari ratione et fabri, et rliqui omnes. ex eo enim q̃ quis bene ædificet, bonus, et contra, male fabricando malus efficitur faber. Quod niſi res ita ſe haberet, nihil magiſtris opus eſſet, ſed omnes fierent opifices aut boni, aut mali, ſic ſe res habet et in virtutibus. rerũ enim perfunctio ne, et tractatione earum, quæ ſunt in vita, efficimur alij iuſti, iniuſti alij. pericula vero et perpeſſu grauia ſubeuntes, aſſuefactiq; ad timorem, aut fidentiam, hi fortes, alij vero timidi euadunt. ſimiliter euenit et in ira, et cupiditate. Nam ex eo, Quod in his hoc, vel illo modo verſentur, alij temperati et faciles fiunt, alij intemperantes et iracundi. et vt una comprehenſione de omnibus terminetur, ex ſimilibus agitationibus et adminiſtrationibus ſimiles affectiões et habitus inhęreſcunt. ſunt igitur deligenda ea, quæ in vita agere velimus. nam pro eorum differentijs et habitus differentes cõſequentur. Quare non parum differt hoc, vel illo modo à pueris aſſueſcere, verum mirum quantum, vel potius totum in illo fuerit. Qm̃ igitur inſtitutio hæc non cotemplationis gratia ſuſcipitur, quemadmodum aliæ, non enim id nunc agimus, vt de virtute ſciamus quid ſit, ſed vt efficamur boni, nam virtutis ſcientia ipſa per ſe, ſine uſu et exercitatione inutilis eſſet, neceſſariũ eſt de actionibus conſiderare, quonam modo nos ad illas tractemus, ſiquidem in his poſitum eſt, ut prędiximus, quales habitus conſequantur. Agere igitur ex recta

ratione comune dictum eſt, et vulgo vſurpatum, idq; in præſentia ſumatur, explicabitur autem in ſequentibus. et ſimul quid ſit recta ratio, & quomodo ſe habeat ad alias virtutes. illud etiam ponatur pro conceſſo, ſermonem de rebus in vita agendis, ſimpliciter habendum eſſe, non accurata quadam diligentia; quemadmodum & à principio diximus, pro ſubiecto negotio rationes eſſe rquirẽ das. quę enim actionibus continentur, & quę utilia putantur, nihil habent ſtabilitatis, quemadmodum nec quæ ſalubria habentur. Quod cum huiusmodi ſit ſermo de vniuerſis, multo magis de ſingulis incertus erit. nec enim ſub artem, aut pręceptionem vllam cadit. oportet autem vt quiſq; agit, ita ad occaſionem & opportunitatem aduertere, vt etiam in medicina, et gubernatione fieri conſueuit. Quę quamq̃ ita ſe habeant, tamen quoad eius fieri poſit, in uiam qandam, & rationem concludenda ſunt. Hoc igitur primo conſiderare debemus, ꝙ hæc, quæ ad mores attinent, immoderate, aut remiſſe ſuſcepta labefactantur, & corrumpuntur, vt ex viribus, & valetudine colligere poſſumus. obſcura enim, & remotiora illuſtribus, & in conſpectu poſitis aperienda ſunt. Immoderate enim exercitationes in vtraq; partem, & quæ ad nimium, & quę ad parum declinent, vires corporis et firmitatem debilitant. Eodem modo potus, & cibus. nam & hæc niminm, & parum ſumpta valetudinem labefactant. ſic igitur & in fortitudine ſe res habet, & temperantia, et cæteris uirtutibus. Qui enim omnia fugiat, & reformidet, & nihil ſuſtineat, timidus efficitur. contra qui nihil metuat, ſed in omnia impetu feratur, audax, & temerarius. Eodem modo qui omni voluptate perfruatur, & nulla abſtineat, intemperans. Qui vero omnem reſpuat, & aſpernetur, agreſtium ſimilis tanquam omni ſenſu careat, ſtupidus efficitur. deſtruit enim temperantiam, & fortitudinẽ extremum vtrunque, mediocritas vero conſeruat. Verum non tantũ ortus, & incrementa virtutum, & itidem corruptelæ ab hiſdẽ cau-

ſis proueniunt, verum & actiones ipſę, & adminiſtrationes. ſic e-nim habet ſe res & in alijs, quę ſunt magis in promptu, vt in viri-bus, quę creſcunt multo cibo, & laboribus tollerandis. edere porro, & multum laborare robuſti & valentes praecipue poſſunt. eodem modo & in virtutibus. ex eo enim quod à voluptatibus abſtineamus, temperantes efficimur, & effecti potiſſimum abſtinemus. ſimile etiam proferre licet & de fortitudine: aſſueſcendo enim terribilia horrendaq; contemnere, eaq; perferre ac pati, fortitudinem conſe-quimur, & conſecuti, tum maxime formidoloſa ſuſtinemus. Cu-iuſlibet autem affectionis & habitus inherentis atque inſiti argu-mento erit delectatio, aut dolor, ea, quę actiones conſequentur. Qui enim abſtineat corporis voluptatibus, eoq; ipſo delectetur, is tempe rans eſt. contra qui id egreferat, intemperans. eodemq; modo metu-enda ſuſtinens cum delectatione, aut certe ſine dolore, fortis, cum mo leſtia uero, & perturbatione, timidus. in voluptate enim & dolore moderandis omne virtutis opus continetur. ſiquidem voluptatem appetentes turpia conſectamur, moleſtiae vero & doloris fuga ab honeſtis recedimus. ob quam rem à pueris recte inſtitui conuenit, vt inquit Plato, vt & honeſtis lętemur, & angamur contrarijs, id quod bonos viros decet, hęc eſt enim inſtitutio educatioq; recta. prę terea ſi virtutes in actionibus, & affectionibus occupatae ſunt, ad quamlibet autem affectionem, & actionem ſequitur voluptas, aut dolor, conſequens eſt, vt uirtuti voluptas, & dolor quaſi materia ſubiecta ſit, quam tractet, & in qua verſetur. Indicio ſunt & caſti-gationes, quę per hęc adhibentur quaſi medicamenta. porro medica menta per contraria fieri conſueuerunt. nam vt immodico calore laboranti frigida ſubueniunt, ſic lętitia geſtientem coheret caſti-gatio ex aliquo, quod doleat. Ad haec omnis animi habitus & affe-ctio, vt prius diximus, in his tota eſt, quibus deterior, & melior fie-ri natura ſolet. Atqui uoluptate & dolore affectiones fiunt dete-

riores,

riores, cum hęc conſectentur, aut fugiant non vt conuenit, aut quã do, aut quemadmodum decet, aut aliquo alio modo contrafaciant, q̃ ratio præſcribat. ob quam rem nonnulli uirtutes in animi tranquillitate poſuerunt, ac omni affectu vacare dixere. Id quidem non recte, ꝙ ſimpliciter, & ex toto ita confirment, nam ſic eſt de uirtute ſtatuendum, eam liberam eſſe ab affectibus, vt conuenit, et quando, et quæcunque alię conditiones adduntur, nam omnino haud decet. huiuſmodi igitur dicatur eſſe uirtus in uoluptate et dolore moderandis, optimarum rerum actuoſa. uitioſitas autem contrario modo. quod ex his etiam illuſtrius patere poterit, Cum enim in triplici differentia ſit id, quod appetendum, et pari numero quod fugiendum eſt, honeſtum, utile, iucundum, et contraria tria, turpe, inutile, moleſtum, in his omnibus uir bonus recte agit. contra malus peccat, pręcipue uero in uoluptate. Communis eſt enim hæc animantibus, et latiſſime patet, quippe quę, omnia in quæ cadit appetitus, attingat. honeſtum enim et utile etiam iucunda uidentur. nobis cum pręterea ab infantia uoluptas coaleſcit. ob quam rem difficile eſt, hunc affectum abolere ſuſceptum, et implicatum cum uita communi, et penitus inhærentem. metimur etiam res agendas, alij magis, minus alij uoluptate, et dolore. ob hoc igitur neceſſarium eſt, et de his eſſe ſuſceptum negotium. nec enim parum refert ad actiones noſtras bene, aut ſecus lætari, et dolere. adhuc difficilius eſt, ut ait, Heraclitus uoluptati reſiſtere, quàm iræ. in rebus autem magis arduis uerſantur ferè et ars, et uirtus. quod enim in his bene geſtum eſt, melius et laudabilius. ita et ob hoc in uoluptate et dolore omne negotium et difficultas eſt moralis et ciuilis inſtitutionis. Qui enim his recte utitur, hic bonus eſt, qui ſecus, Improbus. Quòd igit᷑ uirtus in uoluptate et dolore uerſet᷑, Quodq; ex q̃bus fiat, his et augeat᷑, et labefactet᷑, nõ tñ eodẽ mõ ſumptis. et ꝙ etiã ex quibus cõparata fuerit, in hæc eius extẽt actiones, hactenus dictũ eſt.

Dubitet autem fortaſſe quiſpiam, quomodo hoc accipiendum,
ꝙ dicimus oportere, iuſta agere eos, qui iuſti effici velint. & mode-
rata eos, qui temperati eſſe debeant. videtur enim ſi quis iuſta, & tē
perata agat, iuſtus iam eſſe, & temperatus. quemadmodum, qui grā
matica, aut muſica ſcribat, grammaticus, & muſicus ſit. an non ſic
habet nec in his quidem artibus? fieri enim poteſt, vt aliquis ſcribat,
aut proferat caſu, aut alio ſubijciente. Tunc igitur erit grammati-
cus, cum grammatica aliqua protulerit grammatice, hoc eſt, per
eam, quam ipſe grammaticam tenuerit. pręterea nec ſimiles ſunt
virtutes, & artes. nā quæ artibus efficiuntur, in ſe habent id, quod
eſt artis rectum atque laudabile, & ſufficit, hæc quodam modo ſe
habentia ad exitum perueniſſe. Quę vero ex virtute aguntur, non
quoquomodo ſe habeāt, iuſte & temperate fiunt, ſed ſi is, qui agit,
quibuſdam & certis modis affectus agat. primum ſi ſciens agat, de
inde ſi ex propoſito, & eorum, quę agat, cauſa. proſtremo, ſi ea con
ſtanti ſtabiliq; voluntate faciat. hęc enim ad aliarum quidem artiū
habitum non connumerantur, nec quicquam requiritur præter ip-
ſam ſcientiam. Quòd autem ad virtutem attinet capeſcendam, ſciē
tia per ſe nihil, aut parum valet, alia uero ferè totum conficiunt.
quæ quidem ipſa comparantur, iuſtis, & temperatis ſępius agēdis.
Res igitur iuſtæ, & temperatæ dicuntur, quando huiuſmodi fue-
rint, quales iuſtus, aut temperatus perficiat. Iuſtus autem & tempe
rans eſt, non qui hæc agit, ſed qui ita agit, vt iuſti agunt, & tempe-
rantes. Recte igitur dicitur, ꝙ ex iuſtis actionibus iuſti efficiuntur.
& ex temperatis, temperantes. his autem prætermittendis, nullus
vnquam iuſtus eſſe poterit. Verum pleriq; hęc quidem non agunt,
ſed ad ipſa recte viuendi pręcepta conuerſi, pulchre exiſtimant ſe
philoſophari, & ita bonos effici. non diſſimiles hi quidem ęgrotan
tium, qui cum medicos diligenter attenderint, nihil poſtea obſeruāt
mandatorum. Quemadmodum igitur hi ſic agentes corpus cōualeſ-

ſcere

ſcere nequeunt,ita nec illi animum, cum eo modo philoſophentur.

His ita pertractatis,de ipſa virtute conſiderandum, quid ſit.nã cum in animo tria ſint,affectus,facultas,habitus,videndum quid horum ſit virtus.voco,autem affectus,cupiditatem,iram excandeſcentiam,timorem,audatiam,inuidiam,lætitiam,beneuolentiam,odium cupiditatem,æmulationem,miſericordiam, omnia denique,quę voluptas conſequitur,aut dolor.facultatem vero,qua ante dictos affectus ſuſcipere valemus,videlicet qua iraſcimur,augimur, miſeremur,& id genus alia.habitus autem, quibus ad affectus habemus nos bene,aut male,vt ad iraſcendum,ſi procliuiores ſimus & vehementes,aut tardiores et remiſſi nimium, male nos habemus, bene autem, ſi mediocritatem quandam teneamus. eodem modo et in alijs.Non eſt autem affectus neque virtus,neque vitium, neque enim per hunc boni,aut mali dicimur, ſed per virtutes ipſas, aut vitia. neque ex affectibus laudamur, aut vituperamur. neque enim laudi datur, ſi quis metuit,aut iraſcitur, nec vituperatur omnino ad irã pronus,ſed qui quodammodo iraſcitur. at ex uirtutibus, aut vitijs laudamur,aut uituperamur.Iam vero iraſcimur, et timemus ſine propoſito,uirtutes autem ſelectiones quædam ſunt,aut non ſine ſelectione. Quid? Quod affectibus commoueri dicimur, uirtutibus uero,& uitijs affici,non commoueri dicimur. ob hoc autem neque ulla uirtus facultas eſt,nec enim boni,aut mali dicimur ea cauſa, ꝙ in noſtra facultate ſit aliquid agere.ſed neque ob id laudamur, aut uituperamur. præterea facultas ineſt nobis à natura, boni autem, aut mali non efficimur natura.dictum eſt autem de his prius. ſi ergo uirtus neque affectus eſt,neque facultas aliqua, reliquum eſt,ut ſit habitus. Quo igitur in genere uirtus reponenda ſit, diximus.

Verum non ſat eſt ſic determinaſſe, ꝙ habitus ea ſit,ſed explicãdum,cuiuſmodi habitus. Omnis itaq; uirtus id, cuius eſt uirtus, efficit,vt bene ſe habeat,et eiuſdem opus dirigit, uelut oculi uirtus

et ipſum oculum bonum reddit,et opus eiuſdem.oculi enim uirtute
recte cernimus. Eodem modo equi uirtus et ipſum equum perficit,
et ad curſum uelocem,et ad equitem ferendum , et hoſtium impe-
tum ſuſtinendum.ſi igitur ſic in omnibus ſe res habeat,et hominis
uirtus erit habitus,ex quo uir bonus efficiatur , et munus ſuum re-
cte perficiat.Quomodo autem hęc fieret, iam antea diximus,ſed et
ſic erit manifeſtum,ſi conſiderauerimus, cuiuſmodi ſit ipſius natu
ra uirtutis.In omni igitur re continuata, quæ in partes ſecari et di-
uidi poſſit, ineſt et pars quædam maior , et minor,et ęqualis . idq;
uel ad res ipſas,uel ad nos referendum. ęquale autem medium quo-
dam eſt inter nimium et parum.uoco autem medium rei , quod ę-
que diſtat ab utroque extremo,quod quidem unum idemq; omnibus
eſt.medium uero ad nos relatum , quod mediocritatem commodius
nominabimus,neque plus,neque minus eſt æquo. quod tamen neque
vnum,neque idem omnibus eſt.vt ſi decē ſint plura , duo vero pau-
ciora,ſex capiuntur pro rei medio , quod medium eſt inter duo et
decem.ęque enim excedit,et exceditur . idque eſt medium arithme-
tica proportione.Medium vero , quod ad nos refertur , non ita ſu-
mendum eſt. neque enim cui decem minas comedere multum ſit ,
duas vero,parum,ſex alipta dabit.nam fortaſſe et hæc ei , cui den-
tur poterunt eſſe nimium,aut parum.Miloni quidem certe,parum.
Tyroni vero,nimium. eodem modo et in ſtadio,et in paleſtra . ſic
igitur quęlibet artificia nimium et parum declinant , medium ſe-
cuntur.et id ſibi proponunt ad conſequendum . medium autem non
rei,ſed quod ad nos referatur .Quod ſi omnis ſcientia opus ſuum
recte perficit ad medium reſpiciens, ad idq; opera dirigens , vnde
de his quę recte ſe habent,moris eſt dicere,nihil eſſe , quod illis de-
mi poſſit,aut addi,quia nimium et parum deſtruant res, mediocri-
tas vero,conſeruet.ac p̄ſtantes et opifices ad hanc,vt diximus,reſpi
ciētes operent̄.ſit aūt virtus qualibet arte p̄fectior,quēadmodum et

natura, ſi igitur ita eſt in omni ſcientia, ipſa profecto virtus medij erit indagatrix, virtus inquam moralis, nam hæc in affectibus moderandis occupata eſt, et actionibus, in quibus et nimium eſt, et parũ, et inter horum vtrunq; medium interiectum eſt, fit enim vt quiſpiã magis aut minus metuat, q̃ equum eſt, vitium utrunq; . et confidat, et optet, et iraſcatur, et miſereatur, deniq; letetur et doleat. hæc aũt facere, qñ tempora poſtulant, et in quibus, et quibus cum, et cuius gratia conuenit, et vt fieri decet, medium eſt, et optimũ, et quod ipſius virtutis ſit. Eodem modo et in actionibus eſt et nimium, et parum, et quiddam medium. uirtus autem, ut ſæpius iam dictum eſt, in actionibus continetur et affectibus, in quibus nimium, et parum in uitio ſunt, medium uero laudatur, et ex eo recte facta ducuntur. hęcq; ambo uirtutis. erit igitur uirtus mediocritas quædam, cum in omni reſit ipſius medij indagatrix. Preterea peccatur quidem multis modis. malum enim rationem obtinet infiniti, ut pithagorei ſunt opinati, bonum uero, finiti et determinati. recte autem facta una tm̃ ratione contingunt. Quo circa illud quidem facile eſt, hoc uero difficile, atq; arduum. facile eſt enim aberrare à meta. pertingere uero, non facile. Et ob hoc igitur uitioſitatis nimium et parũ ſunt, uirtutis uero mediocritas. ſimpliciter enim, et uno modo boni efficimur, multiplici uero, mali. Eſt igitur uirtus animi habitus, ex propoſito, in medio ad nos relato conſiſtens, ratione preſcripto, et ut prudens præſcripſerit. medium uero inter nimium, et parum. uitium utrunq;, ſi quidem tam in affectibus, q̃ in factis plus æquo aut redundat, aut deficit. uirtus uero mediũ ſectat, et id ſibi propoſnit. ob quam rẽ uirtutem, ſi ex propria natura definiatur, medium eſſe dicemus. ſin ex cummendatione, et laudibus, id eſt ex qualitatibus, ultimum eam extremumq; uocabimus. non oĩs tamen actio, nec affectus oĩs recipit mediocritatẽ, quædam. n. ita nominant, ut uitioſa ſtatim iudicentur, ueluti maleuolentia, impudẽtia, inuidẽtia, et in

factis, adulterium, furtum, paricidium. In his enim, & alijs eiuſdem generis non eſt nimium, aut parum, quę uituperentur, ſed ea ipſa uitioſa ſunt, nec unquam in illis recte fit, ſed ſemper peccatur. nec illę conditiones adhibentur, quatenus, & quando, & quemadmodũ conuenit, quorum interuentu, aut defectu recte, aut ſecus fiant, ſed ſimpliciter, & omnino peccatur, quoquomodo fiunt. In his igitur nulla eſt mediocritas, neque nimium, neque parum. quemadmodũ neque in timiditate, aut iniuſtitia, aut intemperantia. nam ſi id concedatur, erunt extremorum mediocritates, itemq; extremorum extrema. ut autem fortitudinis, & temperantiæ non eſt neque nimiũ, neque parum, quippe quæ media ſint ipſa quodammodo inter extrema, ſic nec extremorum eſt mediocritas, nec nimium, nec parum, uerum peccatur in eis quoquomodo facta fuerint. denique neque mediocritatis eſt nimium, aut parum, neque horum, mediocritas ulla. Verum hæc non tantum generatim dicenda ſunt, ſed etiam ad ſingulas res accommodanda. actionis namque, et factorum ſermones latius patent, qui de genere ſumuntur, ueratiores autem ſunt, qui habentur de rebus ſingulis; quippe cum ſingulorum ſint actiones, cum quibus quę generatim dicantur congruere debent. hæc igitur enucleatius deſcribenda ſunt. Ac timoris quidem, et confidentiæ mediocritas, dicitur fortitudo. ei uero, qui plus ęquo intrepidus eſt, non eſt nomen impoſitum. multa enim ſunt, quę nomine carent. Is autem, qui nimium confidat, audax appellatur. hiq; ambo ſunt in eo extremo, in quo nimium ponimus. Rurſus qui pluſquam deceat, timet, aut minus q̃ conueniat fidit, hic timidus, ignauusq; eſt.

In uoluptatibus autem et doloribus, non omnibus, ſed corporis tantum, et his præcipue, quæ tactu continentur, mediocritas quidem temperantia eſt. quod nimium eſt, dicitur intemperantia. qui uero minus, q̃ deceat in uoluptate uerſetur, non fere quiſquam inuenitur. ob quam rem ne nomen quidem impoſitum eſt, ſed tñ uocetur

immanis in voluptatibus aſpernandis. In dandis autem, & accipiendis pecuniis, mediocritas quidem eſt liberalitas. nimium vero, & parum prodigalitas, & auaritia. contrarioq́; in his modo peccatur. etenim prodigus in pecuniis quidem proijciendis exuperat, deficit vero in comparandis. auarus autem immodicus eſt capiendis, parcus et tenax in erogandis. Hæc igitur nunc ſummatim dicimus, eorum quaſi adumbratione contenti, accuratius autem in ſequentibus pertractabimus. Iterum pecuniarum ſunt alię affectiones. et mediocritas quidem dicitur magnificentia. differunt autem inter ſe magnificus & liberalis. ille enim in magnis, hic in paruis laudandus. In altero vero extremo, in quo nimium ineſt, oſtentationem reponimus, in altero, exilitatem, & quaſi ſordes. differunt vero hæc ab illis, quæ de liberalitate dicta ſunt. & quomodo differant, poſterius explicabimus. Quòd vero ad honorem attinet, mediocritas quidem magnanimitas appellatur. exuperatio autem ſuperbia in animis extollendis. defectio vero, deſpicientia in contemnendis honoribus. Vt autem differre dicebamus magnificentiam à liberalitate, quę in paruis verſaretur, ſic à magnanimitate, quæ ingentes honores conquirit, differt alia virtus, quæ in huiuſmodi honoribus adipiſcendis, ſed tamen minoribus occupata eſt, eſt enim honorem appetere vt deceat, & magis, & minus q̃ deceat. & nimius quidem in appetendo dicitur ambitioſus. deficiens vero non ambitioſus. quãquam id quidem non ſatis proprie. ſed tamen id nominis in eo remaneat, qui honorem minus, q̃ ęquum eſt curet. Qui vero mediocriter honorem ſequatur nomine caret. nec ipſis harum rerũ affectionibus nomen impoſitum eſt, præter ambitionem. Quocirca extrema ipſa quaſi de vacua regione contendunt. & nos quidem eum, qui honoris mediocritatem ſequatur, modo ambitioſum vocamus, modo nõ ambitioſum. & laudamus nunc quidem ambitioſum, nunc vero nõ ambitioſum. quod quamobrem faciamus, poſterius dicetur. nunc de cæ-

teris more noſtro diſſeremus. Eſt *& in ira nimium, & parum, et mediocre. quę cum fere nominibus careant, qui tamen medium te-neat manſuetum dicemus. mediocritatem vero, manſuetudinem. & in extremis, qui ſupra modum iraſcatur, iracundum, et ipſum uitiũ, iracundiam.* Qui *vero minus ad iram, q̃ conueniat moueatur, lentus eſto, et uitium lentitudo. Sunt et alię tres mediocritates, quę ha-bent inter ſe quandam ſimilitudinem, differunt tamen aliquantum. uerſantur enim omnes in dictorum factorumq́; contractatione. dif-ferunt autem, ꝙ vna eſt veritatis, quæ in ipſis dictis, et factis eſſe debet. reliquę vero, iucunditatis. quæ partim in luſibus poſita eſt, partim in reliquis actionibus, quibus uita communis continetur. di-cendum igitur et de his eſt, vt magis elucescat, mediocritatẽ in om-nibus eſſe laudandã, extrema vero, non recta, nec laudabilia, ſed ui-tuperanda. ſunt autem horum pleraq́; ſine nomine. uerum quemad-modum in alijs, ſic et in his conabimur ipſi nõia fingere, quo fiant dilucidiora, et ordo ſeruetur. Quòd igitur ad uerum attinet, qui medium teneat, uerax dicatur. et ipſa mediocritas, ueritas. fictio au-tem ueritatis quidem, uanitas eſto, et ea utens, uanus, ignorationis vero, diſſimulatio. et qui ea delectetur, diſſimulator. In iucundita-te autem ea, quæ eſt in ludo et ioco, qui medium teneat, vrbanus nõ-minetur, et ipſa affectio, urbanitas. Immodicus vero, ſcurra, et ui-tium, ſcurrilitas. Qui uero à ludo ſupra modum abhorreat, agreſtis et ruſticus. et habitus ipſe, ruſticitas. In reliqua autem iucũditate, quæ eſt in uita communi, qui ut conuenit iucundus fuerit, comis ha-beatur, et mediocritas ipſa, comitas, nimius autem, ſi nullius rei gra-tia eiuſmodi ſit, futilem quendam, et omnibus placendi quaſi ambi-tioſum nominemus. ſi uero propriam utilitatem ſequatur, adulato-rem et aſſentatorem. Qui uero deficiat, et nihil ſalis habeat, durus, acerbus, difficiliſq́; dicatur. Sunt autem et in affectibus, et his, quæ ad affectus pertinent mediocritates. Verecundia enim non eſt*

illa

illa quidem uirtus, laudatur tamen, et itidem uerecundus. nam in his, hoc nomine uocatur, qui ſe habet mediocriter. Immodicus uero, qui de omnibus erubeſcit, proprio nomine caret, ſed tamen huiuſmodi homines ſtupidi, pauidi, attonitiq; vulgo dicuntur. quem uero nihil, aut minus, quàm conueniat, pudet, impudentem appellant.

Indignatio uero mediocritas eſt inter inuidentiam interiecta et maleuolentiam. Quæ ſunt hominis affectiones dolorem aut uoluptatem capientis ob ea, quæ proſpere, aut ſecus uicinis eius, et notis eueniant. eſt enim uirtutis indignari, ſi cui indigne res ſecundæ fluant. Inuidus uero hunc exuperans omni æque aliorum proſperitate perturbatur, et dolet. at maleuolus tantum abeſt, ut alienis incommodis doleat, ut etiam ultro gaudeat. Verum de his et alio loco dicetur. De iuſtitia aũt quoniam dupliciter dicitur, nunc iam diſtinguemus, et quę utriuſque ſint mediocritates aperiemus. eodem modo et de uirtutibus, quę rationi attribuuntur. Cum ſint autem tres affectiones. duę uitiorum, in quibus nimium eſt, et parum, tertia uirtutis, cuius eſt mediocritas, omnes quidem ſunt inter ſe omnibus oppoſitæ. extremę enim mediæ contrarię ſunt, et ipſæ inter ſe altera alteri. et media, extremis. Quemadmodum enim æquale ad minus quidem comparatum maius eſt, ad maius uero, minus, ſic medię habitudines ea extrema, in quibus parum ineſt, ſuperant, ab his autem, in quibus niminm eſt, ſuperantur in affectibus et actionibus. fortis enim præ timido quidem, audax uidetur, præ audace uero, timidus. eodem modo et temperatus, ſi conferas cum immani in aſpernandis uoluptatibus, apparebit intemperans, cum intemperante uero comparatus, erit ipſe immanis. et liberalem ſi cum auaro conferas, prodigum dices, ſi cum prodigo, auarum. Quocirca reijciunt extrema medium, alterum ad alterum. et fortem appellant. timidus quidem, audacem. audax uero,

timidum.& in alijs eodem modo . quę cum ita opponantur , magis cõtraria ſunt extrema inter ſe comparata,q̃ ſi ad mediũ comparentur.longius enim abſunt alterum ab altero, q̃ à medio . quemadmodum longius abeſt nimium ab eo,quod eſt parum,& contra, q̃ ambo ab ęquali. præterea ſimilitudo quædam ineſſe videtur extremis cum medio,vt audaciæ cum fortitudine, & effuſioni cum liberalitate.extremis vero inter ſe plurima eſt diſſimilitudo. quę autẽ multum inter ſe diſtant,contraria nominantur . & vt quæq; plurimum remota ſunt,ita magis contraria.ad mediocre vero comparata,modo nimium magis opponitur, modo quod eſt parum . vt fortitudini quidem non audacia,quę ad nimium tendit,ſed timiditas, quæ ad parum declinat,magis opponitur. Et temperantiæ , non immanitas in reijciendis voluptatibus,quę à mediocritate declinat , ſed intemperantia,quę in nimium effertur,contraria eſt magis.Duabus autem de cauſis hoc euenit.vna quidem,ex ipſius rei natura. nam cum propius à medio,& ſimilius ſit alterum extremum,non hoc,ſed contrarium potius opponimus mediocri.vt quoniam fortitudini ſimilior & propinquior eſt audacia , timiditas autem diſſimilior , hanc potius opponimus,quæ enim plus abſunt à medio,diſſimiliora eſſe videntur.vna igitur hæc cauſa eſt ex ipſius rei natura . altera uero ex nobis ipſis.nam ad quæ magis natura inclinamus , hæc mediocritati contraria magis ſunt, vt ipſi quoniam ad uoluptates procliuiores ſumus,iccirco ad intemperantiam delabimur magis, q̃ ad modeſtiã et temperantiam.hæc igitur magis contraria dicimus,quę in nobis, magis augentur.& iccirco intemperantia,quæ exuperatio eſt,contraria eſt temperantiæ . Quòd igitur uirtus moralis mediocritas ſit,& quomodo,& ꝙ mediocritas ſit duorum vitiorum, in quibus nimium eſt,& parum.& ꝙ huiuſmodi eſt eo,ꝙ mediocritatem indagantur eam,quæ eſt in affectibus & actionibus , ſatis hactenus dictum eſt. Difficile eſt autem in ſingulis proficere,id eo ꝙ ar-

duum

duum eſt vniuſcuiuſque rei conſequi mediocritatem. Nam *ut circu li medium inuenire, non cuiuſlibet eſt, ſed in ea ſcientia periti, ſic iraſci quidem obuium eſt, & omnibus in promptu, et dare pecuniã, & abſumere,* Cui *autem conueniat dare, & quando, & cuius gratia, & quatenus dandum, non cuiuſlibet eſt, nec facile. ob quam rem bonum. & rarum, & laudabile idem eſt, quod pulchrum & honeſtum. quocirca eum, qui mediocritatem conſequi uelit, ante omnia opus eſt, extremum magis contrarium fugere. ut* Calypſo *admonet. extra caliginem & fluctus ratem contineas. extremorum enim alterum quaſi lubricum magis, & magis periculoſum, alterum non ita. Qm̃ igitur mediocritatem conſequi ſumma difficultas eſt, quod eſt proximum, vt dicitur in prouerbio, minima de malis ſunt anteponenda. hoc autem continget eo modo, de quo dicebamus. referri enim conuenit ad quę nos natura deducit, alij enim ad alia procliuio res ſumus. hoc autem patebit ex uoluptate, & dolore, quibus afficiamur. nam contra, q̃ affectus rapiant retorqueri nos conuenit. longe enim ab errore ſeiuncti ad mediocritatem perueniemus. vt qui repanda ligna dirigere conantur, contra tendunt, atque illa reflexa ſint. in omnibus autem pręcipue cauendum eſt ab illecebris volupta tis. non enim incorrupte de illa iudicamus.* Quemadmodum *igitur affectus eſt ſenatus* Troianorum, *cum* Helena *in conſpectum ueniſſet, ſic & nos effici conuenit ad uoluptatem. egregia quidem for ma, ſed tamen faceſſat potius, q̃ excidij cauſa ſit. hanc uocem in om nibus, quę dulciter nos alliciant, emittere debemus. nam ipſa voluptate ablegata, minus delinquemus. & ut breui comprehendam, ſi hæc obſeruabimus, maxime ad mediocritatem pertingere valebimus. arduum fortaſſe hoc, præſertim in rebus ſingulis, nec enim fa cile præfinire, quomodo, & quibus, & cuiuſmodi de cauſa, & quatenus iraſcendum.* Nã *nos quidem modo lentos, & ad iram frigentes laudamus, & mites moderatosq́; dicimus. modo excandeſcentes*

approbamus,& fortes,animoq́; uirili vocamus. Verum qui ex medio parum excedit,& in utramuis partem modice declinat,non admodum uituperatur, ſed qui multum limites mediocritatis prẹtergreditur,hic in uitio fuerit,nec enim latere ualet. Qui autem quatenus,& quantum ſit uituperandus, non facile eſt oratione præfinire,nec aliud quicquam eorum,quæ ſenſibus percipiuntur. ſunt enim hæc huiuſmodi,in ſingulis rebus. & omne in ſenſu de illis iudiciũ eſt. Tantum uero adhuc patefactum eſt,mediocres affectiones in omnibus eſſe laudabiles. Declinandum eſt autem,nunc quidem ad nimium,nunc vero ad parum, ex altero extremo alterum uerſus. ſic enim facillime mediocritatem,& honeſtatem conſequemur.

FINIS SECVNDI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER TERTIVS.

CVM ſit igitur virtutis tractatio de affectibus, & actione, cumq́; in rebus voluntarijs laus, & vituperatio exiſtat, non volunterijs vero venia dari, & interdum miſericordia etiam accommodari ſoleat, neceſſarium eſt de virtute conſiderantibus determinare, quid voluntarium ſit, & quid non voluntarium. voluntariũ autem intelligi uolo id, quod ſponte fit. non voluntarium vero, quod quis facit inuitus. Vtile vero & legum latoribus vtrunq; cognoſcere, & ad honorandum, & ad puniendum vnumquemq; pro meritis.

Videntur autem ea eſſe non voluntaria, quę per vim, aut ꝑ ignorationem admittuntur. Violentum vero, cuius principium huiuſmodi eſt, vt nihil in id conferat, qui agat, aut patiatur, vt ſi quo ventus quępiam impellat, aut hi, quorum in poteſtate fuerit. Quæ autem fiunt maiorum quorundam metu malorum, aut propter aliquod bonum retinendum, aut conſequendum, vt ſi tyrannus, cuius in poteſtate parentes, & liberi nři, imperet aliquid turpe facere, quod ſi fecerimus, ſalui illi ſint, ſin minus, perdantur, de his dubitari poteſt, vtrũ voluntaria ſint, an non uoluntaria. Huic ſimile eſt, cum res precioſę in mare deyciendæ ſint tempeſtate ſęuiente. ſimpliciter enim nullus ſponte abyciat, verum id omnes faciant, qui ſint ſanæ mentis, pro ſalute ſua, & reliquorum omnium retinenda. mixta igitur & coniũcta ſunt huiuſmodi facta, ſimiliora tamen voluntarijs, quippe cum eligantur tunc, cum fiunt. & finis actio-

nis pro tempore eſt.cum q; fit aliquid, tunc voluntarium, aut non voluntarium dicendum eſt. ſponte autem agunt hi, quos modo in exemplis aſſumpſimus. nam in illis ipſis principium eſt actionis, quæ eas partes impellit ad agendum, quibus quaſi pro inſtrumento vtuntur. Quorum autem in ipſis principium eſt motionis, in eiſdem eſt illa agere, & non agere. Voluntaria igitur quodammodo ſunt hęc huiuſmodi. Simpliciter vero, & omnino fortaſſe non uoluntaria. nullus enim proponeret ſibi quicquam tale ad agendum, vt id tantum ageret, nulla alia cauſa compellente. In his autem factis interdũ etiam laudantur, qui turpe aliquid, aut triſte ſuſtineant, dum magna quædam & honeſta conſequantur. quę ſi nulla fuerint, abſtinẽdum eſt. nam turpiſſima quęq; admittere nullo propoſito præmio honeſtatis, & pulchritudinis maxime damnandum eſt. in quibuſdã vero laus quidem non ſequitur, ſed venia. vt ſi quis turpia quędam admittat coactus per ea, quæ excedunt humanam naturam, & nullus ea pręſtare, aut perferre queat. ſunt vero quędam, quibus fortaſſe nullo modo cędere debeamus, ſed potius grauiſſima quæq; perferẽdo moriendum ſit. nam quę Euripidis *Alcmeonem coegerunt, vt matrem interficeret, ridicula ſunt. Sed interdum difficile eſt iudicium, quod cui anteponendum, quodué pro quo ſuſtinendum. & adhuc etiam difficilius, ſtare in his, quę decreta fuerint. plærunque.n. fit, vt quę expectentur, triſtia, moleſtaq; ſint, & etiam ad quę quis cogatur, turpia & inhoneſta. Quamobrem vt quiſq; cogi, aut non cogi poteſt, ita laudatur, aut vituperatur. Quęnam igitur habenda ſunt violenta? an ſimpliciter quidem, quando cauſa extrinſecus cogat, & is qui coactus agit, nihil ex ſe ſe conferat. Quæ vero per ſe quidem non ſunt voluntaria, ſed pro tempore, aut pro aliquibus ſubeuntur, & inicium agendi eſt in ipſo agente, hæc per ſe quidem ſunt non uoluntaria, pro tempore uero, & pro his, quorum cauſa fiunt, ſunt voluntaria, vel potius ſimilia ſunt voluntarijs. ſunt enim*

actiones

actiones de rebus ſingulis, quę quidem ſunt voluntariæ. Quæ vero quibus anteponēda, non facile eſt determinare. multæ enim differentiæ ſunt in ſingulis rebus. Quod ſi quis iucunda & honeſta violenta eſſe dicat, eo ꝙ extrinſecus nos, et ſua ſpecie attrahant, hac ratione oīa erunt violenta. nam iucundi honeſtiq; gratia oēs omnia agūt. & cum moleſtia quidem, qui ui & inuiti, cum voluptate vero, qui quod delectet, etiam ſi malum ſit, tamen admittunt. Iam vero ridiculum eſt accuſare quę extrinſecus ſunt, ac non potius ſe ipſum, huiuſmodi rebus delinitum. Tum abſurdum eſt, honeſta quidem ſibi ipſi, turpia vero iucundis accepta referre. Videtur igitur id eſſe violentum, cuius initiū extrinſecus eſt, nihil in id conferēte eo, qui cogatur. Illud autem, quod per ignorationem fit, non omne habendum eſt non voluntarium. non voluntarium enim id eſt, quod admiſſum dolorem, & penitentiam affert. nam qui per ignorationem quid egerit, nec idipſum egiſſe moleſte tulit, ſponte quidem non fecit, quippe q neſciebat, quid facturus eſſet, nec rurſus inuitus, cum facti non peniteat. eorum igitur qui per ignorationem quid egerunt, quem quidem facti peniteat, inuitus, quem uero non peniteat, quoniam ab illo differt, non ſponte feciſſe dicatur. Diuerſa & illa eſſe uidētur, aliquid per ignrationem feciſſe, & ignorantem feciſſe, nā vinolentus, aut iratus non videtur quæ faciat, per ignorationem facere, ſed per ebrietatem, aut irā, non ſciens quidem, & prudens, ſed ignorans. ignorant ergo praui omnes, quę fieri, & à quibus abſtineri cōueniat, & hac culpa iniuſti, & omnino praui fiunt. non uoluntariū autem dici debet, non ſi quis ignoret, quid vtile ſit, non enim ſi quis erret in electione per ignorantiam, ex ea ignorantia proueniet non voluntarium, ſed potius nequicia. neq; ex vniuerſali ignorātia eſt nō uoluntarium, nam hæc quidem uituperatur, ſed ex ea, quæ eſt in ſingulis rebus, in quibus eſt actio omnis, in his enim venia, & miſericordia etiam attribui ſolet. nam harum aliquā dum quis ignoret, in-

dicere non voluntaria, quę vel etiam expetenda ſint, nam & in quibuſdam iraſcendum, & quædam cupienda, vt valetudo, vt diſciplina. Adde ꝙ non uoluntaria moleſta eſſe videntur, contra vero iucunda, quę facimus cupiditate incitati. Præterea quid intereſt inter ea, quæ ex ratiocinatione, & animi perturbatione peccantur ad hoc, ut ſint non uoluntaria, cum vtrunque ſit fugiendum. non minus autem hominis eſſe uidentur affectus rationis expertes, nam quæ cupide, & irate facta eſſe dicuntur, poſſunt hominis quoque facta uideri, quę abſurdum eſt uideri non uoluntaria. Cum ſit autem determinatum de voluntario, & non uoluntario, ſequitur, ut de electione diſſeramus, nam maxime proprium eſt uirtutis, ut magis etiam mores notet, q̃ facta. uidetur autem electio non differre à uoluntario, ſed tamen nō idem eſt, nam quod eſt uoluntarium latius patet, quippe cum id pueri, & reliqua animalia participent, electionem uero, non ita. qui autem electionem dicunt eſſe cupiditatem, aut iram aut uoluntatem, aut opinionem aliquam falluntur omnes, nō.n. electio communis eſt etiam cum rationis expertibus, at eſt cupiditas, & ira. Et incontinens quidem cupide agit, cum electione uero, minime, contra uero continens. Quin etiam electioni contraria eſt cupiditas, non etiam cupiditati cupiditas. Et cupiditas quidem uoluptarij hominis eſt. & perturbati, electio vero, neque perturbati, neque uoluptarij. Quòd ſi electio non eſt cupiditas, minus erit ira, neque enim quæ per iram & animi impetum facta fuerint, ex electione facta uideri poſſunt. Atqui neque voluntas erit electio, quãuis non longe, quin id ſit, abeſſe uideatur. electio.n. nulla eſt eorum, quæ fieri oīno nequeunt, at horũ plerũq; eſt uolũtas, ut īmortalitatis. Et uolũtas quidē ſæpenumero eſt de his, q̃ ab altero fiunt, ut ꝙ mimus aliqs uincat, aut pugil, elegit ãt ſibi nemo hæc huiuſmodi, ſed quę ipſemet agat. præterea uoluntas quidem finem magis appetere uidetur, electio uero ea, quę ad finem pertineant, uelut ualere

uolumus,ea autem eligimus,per quæ conualeſcere queamus. quemadmodum & beatos nos eſſe uolumus,& dicimus , proponere uero ſibi quempiam,& eligere beatum eſſe,non conuenit.Omnino autẽ electio eorum eſt,quę in noſtra fuerint poteſtate . Sed neq; opinio erit,opinio enim ęque de omnibus eſſe uidetur,nec minus de perpetuis,& his quę nullo modo fieri poßunt,q̃ de his, quę ſint in poteſtate noſtra. Tum opinio vero,falſoq́; diſtinguitur,non malo et bono, quibus potius,q̃ illis electio continetur. Simpliciter igitur & omnino,electionem idem eſſe,quod opinionem nullus affirmauerit. Verum ne ſingulariter quidem vlla opinio electio dici poteſt, nam proponendis nobis,eligẽdisq́; bonis, aut malis quales ſimus apparet,opinandis vero,minime. Et eligimus quidem accipere,aut fugere , aut aliquid huiuſmodi,opinamur vero quid ſit aliquid,aut cui conferat, aut quomodo,accipere autem,aut fugere non ſatis apte dicimus opinari.et electio quidem laudatur ex eo,ꝙ recta ſit,aut eius rei,cuius eße debeat,opinionis vero laus,ꝙ vera ſit. Et eligimus quidem nobis,quæ maxime ſcimus eſſe bona,opinamur vero quę non pro certo habemus,Conſtatq́; non ſemper eiuſdem eſſe optima eligere,& opinari,verum nonnulli opinãtur quidẽ meliora,ſed propter deprauatam naturam eligunt deteriora.Nihil autem refert,ſiue præcurrat opinio electionem,ſiue ſequatur, non enim nunc id agimus, ſed electio ne idem ſit,quod vlla opinio,hoc quęrimus. Quid igitur, aut cuiuſmodi electio eſt,quandoquidem nihil horum eſt? Omnino voluntarium quiddam eſſe videtur electio. voluntarium autem non omne paratum nobis eſt ad eligendum,ſed id tantum, cui conſultatio præceßit.eſt enim electio, quam & propoſitum dicere licet, cũ ratione,& cõſilio, id, quod ipſa nomina indicare videntur , quippe cum nihil ex alijs eligatur ſine ratione,& conſultatione,& propoſitum id ſit,quod cæteris anteponatur,& pręferatur . Verum quęri poteſt,utrum de omnibus conſultetur,omninoq́; omnia cadant in

delibe-

deliberationem, an de aliquibus non ſit conſultatio. Id igitur forte ſe ſe dicendum in deliberationem venire, de quo uir ſanę mentis conſideret, non ſtultus, & inſanus. De ſempiternis autem & perpetuis nullus conſultat, velut de mundo, aut diametro, & latere, quod nulla ſit eorum menſura communis, ſed neq; de his, quę in motu quidē ſunt, nulla tamen in eis varietas ineſt, ſemperq; ſiunt eodem modo, ſiue id neceſſitate contingat, ſiue natura, ſiue alia cauſa, vt de ſolis conuerſione, & ortu, & obitu, neq; de his, quæ aliter alias eueniunt, vt de uredine, & aquarum inundatione, neque de his, quę caſu fiant, velut de inuentione Theſauri, ſed neq; de omni hominum communitate, nullus enim ex Lacedemonijs conſultat, quemadmodum Scythę optime rempublicam adminiſtrarent. Conſultamus igitur de his, quæ in nobis ſunt, hęc enim reliqua eſſe videtur. nam rerum cauſæ ſunt natura, & neceſſitas, & caſus, tum mens, & omne quod per hominem, tanquam inſtrumentum operatur, velut eſt cupiditas, & ira, & voluntas, & id genus alia. Singuli autem de his conſultant, quæ per ipſos agi poſſunt. Iam vero de exactis perfectisq; ſcientijs nulla eſt cōſultatio, vt de literis, nec enim dubitamus quomodo ſcribendum ſit. Verum quę à nobis quidem geruntur, non ſemper autem eodē modo, de his deliberamus, vt quæ in medicina tractantur, & de re pecuniaria, & gubernatione, quę magis in conſultationem ueniunt, quàm quæ ſunt artis gymnicæ, quippe cum minus nobis explorata ſint. Et quæ artium ſunt magis conſilium deſiderant, quàm quæ ſcientiarum, in certiora enim ſunt, conſultatio vero eſt de rebus uagis, & nulla quaſi lege comprehenſis, & quæ plærumq; quidem eueniunt, ſed incertū eſt, quem exitum ſint habitura. Et hęc quidem in deliberationem cadunt. Ad res autem magnas etiam conſiliarios adhibemus, nobis videlicet diffidentes, vt ſatis conſilij habeamus ad illas diiudicandas. Conſultamus vero non de finibus rerum, ſed de pertinentibus ad finem, nec enim medicus conſultat, an ſanaturus ſit, nec orator an pe-

perſuaſurus, nec ſenator, an bonas conſtitutiones in rempublicam introducturus ſit, nec reliquorum ullus de fine deliberat. Verum po ſito fine, quomodo, & per quæ ad eum poſſit peruenire deliberat, Cumq́; plurima obijciantur, quę ad illum perducant, quod nam fa= cillime, et pulcherrime ducat, illud perſcrutantur. Quòd ſi unum ſufficiat ad finem obtinendum, tum conſilium eſt, quomodo per id unum teneri poſſit, et illud idem unum quomodo conſequamur, uſ= que eo, dum perueniamus ad primam cauſam, quæ in conſultatio= nis tractatione ultimo loco reperitur, et ab ea actionem incipimus. Qui enim conſultat, quærere uidetur, et prædicto modo retexere quaſi figuras mathematicorum, in quibus ab ultimis ad perſpicua uſque decurritur. Videtur autem quæſtio non omnis, eſſe conſulta= tio. quæſtiones enim mathematicorum non ſunt conſultationes, con ſultatio uero quęlibet, quęſtio eſt, et quod ultimum eſt ad retexen= dum, primum eſt ad agendum. Et ſi quod incurrat, quod fieri non poſſit, deſinunt ab incepto, ut ſi pecunia opus ſit, hęc autem non ſit unde paretur, rem inſtitutam abyciunt. ſin fieri poſſe uideatur, aggrediuntur ad agendū. ea autem fieri poſſe dicimus, quæ per nos ipſos fieri poſſunt, etenim in nobis eſſe debet, quando agere inci= piamus, inter quæ ea etiam numerantur, quæ amici preſtare ua= leant. Quęritur autem nunc quidem quaſi inſtrumentum ad agen= dum, nunc uero inſtrumenti uſus, eodem modo et in relquis, mo= do quidem per quod agatur, alias quomodo, et per quem agatur, uidetur autem homo, ut ante diximus, principium eſſe agendi. conſilium uero, de rebus ab homine agendis. actiones autem alio= rum gratia ſumuntur. non igitur finis cadet in conſultationem, ſed quę ad finē pertinebuut. nec de ſingulis rebus conſilium capi= tur, uerbi cauſa num hoc panis ſit, aut conficiatur, uel ſi ut con= uenit, cōficiatur. ſenſibus enim hæc percipiuntur. Quòd ſi ſemper

conſultetur

conſultetur, finis non reperiatur. Ex his autem eligimus de quibus et conſultamus. ſed hoc intereſt, quòd quę elegerimus, iam determinata et ſepoſita ſunt. quod enim in conſilio decreuerimus, id ſelectum dicitur. deſinit enim quilibet quęrere, quomodo agat, cum agendi principium in ſe ipſum reduxerit, et in ſui meliorem partem, quæ mens eſt, cuius eſt electio. quod patet ex rebus publicis antiquis, quas Homerus imitabatur. quod enim reges decreuiſſent, id populo denunciabant. Cum uero quod eligitur ex conſultatione ducatur, appetitioneq́; eorum, quæ in noſtra fuerint poteſtate, erit et electio conſultatrix eorundem appetitio. cum enim ex conſultatione aliquid elegerimus, tunc id ſecundum noſtram appetimus uoluntatem. De electione igitur ſimpliciter dictum eſt, et cuiuſmodi rerum ſit, et quòd eſt de rebus ad finem pertinentibus. Voluntatem nero finis ipſius eſſe iam diximus. ſed alij exiſtimant voluntatem eſſe de bono tantum, alij etiam de apparente bono. accidit autem his, qui uoluntatem de bono tantum eſſe dicant, non eſſe uoluntatis id, quod quis uoluit non recte eligens. nam ſi eſſet uoluntatis, eſſet etiam bonum. at qui fieri poteſt, ut qui non recte eligat, malum eligat. Quibus autem uoluntas de apparente bono eſſe uideatur, horum ſententia ſit, ut nihil uoluntatem naturaliter moueat, et ad ſe trahat, ſed quod cuiq́; bonum eſſe uideatur. at qui aliud alij uidetur, et plerunque contraria. Quòd ſi hęc non probantur, dicendum eſt, id ſimpliciter eſſe uoluntatis, quod bonum ſit, ſingulis autem, quod bonum uideatur. Quod igitur re ipſa, et ueritate bonum eſt, id docti et probi uiri iudicant bonum, indocti autem et improbi, quodcunque ſe offerat, quod modo bonum uideatur. Quod perinde fit atque in corporibus ipſis, et enim in his, quę ſunt bene affecta, ſalubria ſunt, quę re ipſa, et ueritate huiuſmodi ſunt: ęgrotis uero alia conferunt. Eodem modo et amara, et dulcia, et calida, et grauia: et aliorum ſingula. docti enim et

ſcelere reuocantes. Ea vero, quæ neq; in noſtra poteſtate, neq; uoluntaria ſunt, nemo impellit ad agendum, quippe cum nullum operę precium ſit, perſuadere cuiq̃, vt caleſcat, aut rigeat, aut eſuriat, aut aliquid eiuſdem generis agat, nihilo enim minus ea patietur. ipſa autem ignoratio uindicatur, ſi culpa contracta eſt, velut ebrio duplex multa irrogatur, principium enim ebriationis eſt in ipſo, & eius poteſtatis eſt, ne ebrius fiat, hoc autem cauſa eſt ignorationis, eodem modo & in illos animaduertunt, qui ignorant, quę legibus contineãtur, ea, quæ omnes ſcire debeant, & non ſunt difficilia ad cognoſcẽdum. Idem fit & in alijs, quæ per incuriam ignorare videantur, ob id, ꝙ in ipſis fuerit ne ignorarent, cum diligentiam adhibere poſſent. At quiſpiam fortaſſe huiuſmodi fuerit, vt nulla curatione ſanari poſſit. at ꝙ huiuſmodi fieret, ipſe ſibi cauſa eſt, diſſolute viuendo. Et iniuſtos intemperãteſq; efficit exercitatio maleficiorum, & compotationes, & luſtra, & alia eiuſdem generis. etenim in vnaquaq; re ſimilis exercitatio ſimilem hominem reddit. hoc autẽ manifeſtum eſt ex his, qui in quoduis ſtudium, aut actionem incubuerint. pergunt enim id agere. eſt igitur ſtolidus & fermè nihil ſciẽs, ſi quis ignoret, ex ſingulorum ſtudijs & agitationibus ſimiles habitus & affectiones inhęreſcere. pręterea abſurdum eſt eum, qui iniuriam inferat, nolle eſſe iniurium, aut libidinoſe viuentem, recuſare eſſe intemperatum. Quòd ſi quis prudens & ſciens id agat, vnde ſit iniuſtus, ſponte ſit iniuſtus, non tamen quando volet deſinet eſſe iniuſtus, & iuſtus erit. neq; enim ęgrotus valens efficitur cum vult. Et fortaſſe ſponte egrotat, ſi uiuat intemperate, & medicis non obtemperet. prius igitur licebat illi non ægrotare, ſed cum proceſſerit, non adhuc licet. quemadmodum neq; ſi quis lapidem emiſerit, poteſt eum amplius reuocare, & tamen in ipſo prius erat emiſſio & proiectio, quippe cum principium mouendi eſſet in ipſo: ſic & iniuſto & intemperanti à primo licebat, non eiuſmodi fieri, & ie-

circo ſponte tales fiunt, effectis autem non licet non eſſe. Neq; *animi modo uitia uoluntaria ſunt, ſed in quibuſdam etiam corporis, quibus qui affecti ſunt, increpantur. Quos enim natura finxit ſpecie deformi, eos nemo reprehendit, verum quos nimium ocium, & negligentia, incuriaq; deformauit, hi vituperantur. nemo enim luce orbato cæcitatem exprobrat, quæ ex ægritudine, aut plaga euenerit, ſed magis etiam miſeratur. Quem vero aut vinolētia, aut aliud genus intemperantiæ afflixit, eum omnes vituperant.* Corporis *igitur vitia, quæ noſtrum fuerit præſtare, vituperantur. quæ vero non ſunt in noſtra poteſtate, carent reprehenſione. Quòd ſi ita ſe res habeat, & in alijs rebus quę peccata reprehenduntur, præſtare debemus. Quòd ſi quis dicat, omnes quidem deſiderare, quod bonum videatur, eius autem viſionem, eſtimationemq; cuiuſmodi ſit, non eſſe noſtrę poteſtatis, ſed qualis quiſque ſit, tales illi fines videri. hęc igitur ſi quis dicat, hic etiam conſideret, quòd ſi vnuſquiſque ſibi ipſe cauſa ſit, quo habitu ſit & affectione, fore vt etiam in eius poteſtate ſit qbus viſionibus vtatur. Quòd ſi nullus ſibi ipſe author eſt, vt mala agat, ſed ob ignorationem finis delinquit, exiſtimans per ea, quæ ſibi proponit ad agendum, optime ſibi conſultum fore, quippe cum finis optio recta non ſit in hominis manu, ſed naſci oporteat, viſionem habentem, qua recte iudicet, & vera bona eligere valeat, atque hic fęliciter in lucem editus exiſtimetur, cui hæc naſcenti coemitentur, ſitq; hoc maximum & pulcherrimum, et quod ab alio nec accipi, nec doceri poſſit, ſed vt cuiq; natura obtigerit, tale ſit habiturus* Et *ſic bene recteq; naſci, ſit ornatum eſſe optimis naturæ dotibus, ſi igitur hæc ſic ſe habeant, quid magis virtutes erunt voluntariæ, q̃ peccata? neque enim vtrique & bono et malo natura, aut quouiſcunq; alio modo finis apparet, & expoſitus eſt, cætera vero vtcunq; agunt, ad hunc referentes agunt. Siue igitur finis qualiſcūq; ſit, non cuiq; naturaliter talis eſſe videatur, ſed aliquid etiam in ſingulis*

gulis eſt ad iudicandum, ſiue finis quidem ſit naturalis, ꝙ autem reliqua vir bonus ſponte agat, icciro virtus eſt voluntaria, nihilo minus & vicium erit voluntarium, idem enim poterit & malus in actione, & in fine, quod & bonus. Si igitur, vt dicitur, virtutes ſunt voluntariæ. (noſtri enim habitus & affectionis nobis ipſi quodam modo cauſa ſumus, & quales nos ſimus, & finem talem eſſe dicimus) & vicia erunt voluntaria, eadem enim vtrorumq; ratio.

Dictum eſt igitur à nobis communiter de uirtutibus, & ſimpliciter de genere, ꝙ videlicet in mediocritate conſiſtunt, quodq; earum habitus ea, ex quibus innaſcuntur, ipſi per ſe exerceant & operentur, eoſdemq; eſſe in noſtra poteſtate, & voluntarios, ita vt recta ratio dictet. Non eodem autem modo actiones, & habitus ſunt uoluntarij. in actione enim à principio ad finem vſq; in nobis ē, quid agamus ſingula doctis, habitus uero principium modo tenemus, ſingulorum vero additio non nota eſt nobis, vt ēt fit in ægritudine, verum ꝙ in nobis erat hoc modo, aut aliter ad ipſos habitus aggredi, icciro ſunt voluntarij. Sumpto igitur alio principio de ſingulis uirtutibus dicamus quę, & quales, & quomodo ſint, ſimul.n. patebit, quot numero ſint. Ac primum de fortitudine diſſeramus. de qua quidē dictū ē prius, ꝙ ſi mediocritas quædā inter metū, et audaciā, idq; ratione patefactū eſt. Timemus āt terribilia, q̄, ſi eſt ſimpliciter dicēdū, ſunt mala, unde et metū diffiniunt, mali expectationē. metuimus igitur oīa mala vt ignominiā, paupertatē, morbum, amicorū, orbitates, mortē, ſed nō in his oībus uerſari videt̃ vir fortis. Quædā.n. timēda ſunt, et honeſtū eſt timere. et nō timore, turpe, ut ignominiā. hāc.n. q metuat, honeſtus ē, et pudēs, q uero nō metuat, impudēs, q tñ nonnūq̄ ꝑ trāſlationē fortis appellat̃, eo ꝙ habeat ſimile quiddā cū uiro forti. eſt.n. uir quoq; fortis ītrepidus qdā, et timore uacuus. Paupertas fortaſſe nō metuēda eſt, neq; ęgritudo, neq; oīno ea, quæ non nr̃a culpa, neq; nr̃o uitio contrahantur. nō tñ hęc ſi quis nō metuat, illico fortis habendus, fortis tñ nominat̃ aliquando ſimilitudi-

ne quadam. Quidam etiam cum foris in periculis belli timidi ſint, liberales alioqui ſunt, nec pecuniarum effuſionem reformidant. Neque ſi quis labẽ & probrum liberorum, & vxoris metuat, aut inuidiam, aut aliquid aliud eiuſdem generis, timidus eſt. neq; ſi quis uirgis cędendus ſit, idq; ęquo animo ferat, fortis habendus. Quæ igit terribilia virum fortè efficiunt? nonne quæ maxima erunt? nemo. n. pręſentiori eſt animo ad pericula & grauia queq; ſubeunda. longe autem formidoloſa mors eſſe videtur, quippe quæ vltimum & extremum omnium, neq; mortuo quicq̃ amplius ſit, neq; bonum, neq; malum. Verum non omnis obitus ſpecies uirum fortem attingere uidetur, vt in mari, aut ægritudine. in qua igitur morte elucet fortitudo? nonne, in ſpecioſiſſima? cuiuſmodi eſt in pugna cum hoſtibus, in maximo ſcilicet & pulcherrimo diſcrimine? Teſtificantur hæc & honores in ciuitatibus, & apud Monarchas, qui in bello pro patria defunctis decernuntur. Proprie igitur uidetur appellari poſſe fortis, qui ad honeſtam mortem, & ea, quę ex propinquo ferunt ad huiuſmodi mortem, intrepidus eſt. tales autem ſunt maxime bellicęres. Sed tamen & in mari, & in morbis intrepidus eſt uir fortis, ſed non eodem modo, quo nautę, & maritimi homines. ille enim ſalute deſperata, cum etiam huiuſmodi mortem abominetur, fortis tamen eſt. hi vero non omnino ſpem abyciunt ob natandi peritiã. Tũ fortis pręcipue eminet, vbi locum habent uires, & pulchrum eſt mori, quorum neutrum contingit in tempeſtatum & peſtis diritate. Quod autem eſt metuendum, non omnibus idem eſt. & aliq̃d eſt, quod excedat humanam naturam, quod omnes metuere debeãt, qui ſint ſanæ mentis. Quæ uero non ſunt ſupra hominem magnitudine differunt, & ꝙ magis, & minus premunt. eodem modo ſe habent ea, in quibus audatia uerſatur, & fidentia, quę ſanè nouo nomine fiducialia dicantur. Fortis uero intrepidus erit, ut homo. timebit igitur hæc huiuſmodi, ſed vt decet, & quatenus ratio præſcribit ho

neſti

neſti gratia, hic enim finis virtutis eſt. eſt etiam quando hæc magis, & minus timeantur. & non nunq̃ id, quod formidoloſum non eſt, perinde ac ſi eſſet, timeri ſolet. Delinquitur autem, cum quid time tur, quod non ſit timendum, aut non eo modo, aut nõ quando eſt me tuendum, aut aliquid huiuſmodi. eodem modo et audendo peccatur. Qui igitur quę oportet, & cuius gratia, & quemadmodum, et quan do ſuſtineat, & metuat, ſimiliq; ratione confidat, hic fortis erit. pro dignitate enim, & ratione & patitur fortis, & agit. finis autem cu iuſlibet actionis is eſt, qui maxime cum habitu congruit, at virum fortem honeſtat fortitudo. talis igitur & finis. vnumquodque enim proprio ſuo, oſtenditur & definitur. honoris vero gratia fortis vir agit, & ſuſtinet quę ſunt fortitudinis. In eo autem extremo, in quo nimium ponimus, dupliciter peccatur. nam aut nimium periculi ſe curi ſunt, & ſine timore, hiq; proprio nomine carent, vt multa hu iuſmodi eſſe etiam prius diximus: ſed inſani & ſtupidi dici poſſũt, ſi nihil metuant, ne terremotus quidem, nec maris tempeſtates, nec aliud eiuſmodi, vt gentes ita efferatę eſſe dicuntur, quæ nihil his moueantur. primi igitur huiuſmodi, alteri nimium confidunt, q̃ qui dem audaces dicuntur. Iſti igitur ambo exuperant, aut non metuen do, aut nimium confidendo. Videtur autem audax, & qui fortitudi nem ſibi falſo vendicat, arrogans eſſe, et oſtentator. Nam vt fortis ſe ſe habet re ipſa ad fortitudinem, ſic iſte uideri vult. in quibus i gitur poteſt fortem imitatur. inde fit, vt hi duobus contrarijs nomi nibus appellentur, ſintq; partim audaces, partim timidi. etenim ſe de fortitudine iactantes, ſpeciem formidoloſæ rei ferre non poſ ſunt. Qui vero plus ęquo timeat, timidus appellatur. nam et quę non debet timet, et quemadmodum non debet, et omnia illi huiuſmodi vitia comitantur, deſtituitur enim à fiducia. Sed q̃ in malis animos dimittit, et timore exalbeſcit, hic eſt notabilior. eſt igit timidus qua ſi deſperatus, quippe qui omnia metuit. contra uero fortis. nam cõ

fidit.porro fidentia hominis eſt bene ſperantis. In his ergo ſunt et timidus et audax, et fortis. ſed diuerſo modo ſe habent, nam hi quidem exuperant, et deficiunt. fortis uero à mediocritate non diſcedit, et honeſtate et audaces quidem præcipites ſunt, periculis ſe obiectare feſtinãtes, anteq̃ aduenerint. cum uero adſint, non ferunt. fortes uero in agendo quidem acres ardenteſq; ſunt, prius uero ſedati. ut igitur dictum eſt, fortitudo mediocritas eſt, quę nimiæ fiduciæ, itemq; formidini moderatur. Et quod pulchrũ honeſtumq; eſt, id arripit et ſuſtinet, quia tale eſt, aut quia turpis eſt prętermiſſio. Emori autem quempiam, ut paupertatem fugiat, aut amorem, aut triſte aliquid, nõ fortitudinis eſt, ſed potius timiditatis. mollis eſt. n. et effeminati uiri fugere laborioſa. nec quia pulchrũ id ſit mori ſuſtinet, ſed ut malum fugiat. eſt igitur huiuſmodi fortitudo. Eſt etiam aliud genus fortitudinis in quinq; partes diſtributum. principio eſt ciuilis quædam fortitudo, quæ maxime propius accedit ad ueriſſimam fortitudinem. Videntur enim ciues ob eam cauſam pericula ſubire, ut aut infamiam fugiant, et multas legibus irrogatas, aut honores conſequantur, hiq; fortiſſimi hac de cauſa eſſe uidentur apud eos, apud quos timidi infames ſunt, fortes uero honorant. Huiuſmodi fortitudinem oſtendit Homerus in Hectore, et Diomede. in Hectore quidem. Polydamas mihi primus probro dabit, in Diomede uero, Hector aliquãdo referet in contione Troianorum, Diomedes inſequente me retro ad naues fugit. Atq; hæc quidem fortitudo maxime ſimilis eſt uerę fortitudini, quippe quę ex uirtute proueniat, pudore ſcilicet et honeſti appetitione, ut et dedecus fugiat, et honorem conſequatur. Poſſunt et in hunc ordinem redigi, qui à ducibus ad fortitudinis munia coguntur, ſed deteriores, ꝙ nõ, ut illi, pudore, ſed metu idem faciunt, fugiuntq; non quod turpe ſit, ſed quod moleſtum. minas enim principes adhibent, ut apud Homerum Hector, quem ego metuentem pugna decedere cognouero, nõ

effugiet

effugiet hic, quin canibus abyciatur. inde fit, ut præfecti eos uerberibus afficiant, quos loco cedere cognouerint. æque etiam coguntur, q pro uallo, aut alio huiuſmodi loco collocantur. decet autem fortem eſſe, non quia neceſſitas cogat, ſed quia pulchrum ſit. Iam uero uidetur cuiusq; rei experimentum fortitudo quędam eſſe. unde Socrates opinatus eſt ſcientiam eſſe fortitudinem. huiuſmodi uero ſunt in alyjs aly. in bello autem milites conducti. multa enim in bello noua eſſe uidentur, quę iſtis cognita ſunt. apparent autem fortes, qui ea tractant, quæ cæteri ignorant cuiuſmodi ſint. deinde in multis nocere illeſi ipſi maxime poſſunt ex longo uſu et experimentis, et cauere ſibi, et alyjs inferre uulnera, et docte armis uti, et alia huiuſmodi tenent, quę maxime ualent, ut alios conficiant, nihil ipſi patiantur. quaſi igitur cum inermibus armati ipſi pugnant, et pugiles cum uulgo hominum, et rei bellicæ ignaris. nam et in gymnicis certaminibus non fortiſſimi quique pugnaciſſimi ſunt, ſed qui maxime uiribus ualent, et corpore robuſti ſunt. conducti autem milites timidi ſunt, cum maiori quodam periculo urgeantur, et copyjs reliquoquè apparatu et inſtrumento bellico fuerint inferiores. primi igitur fugiunt. urbanę uero copiæ, et ciues cadunt, dum locum cuſtodiunt, ut in Hęrmęo, qui locus eſt in Bęotia, contigit. his enim fuga turpis eſt, optabiliorquè mors, iſtiuſmodi ſalute, illi uero ab inicio opinantes ſe plus uirium habere primi in pugnam prodeunt, animaduerſo autem periculo, fugiunt, mortem magis, quàm dedecus metuentes. fortis autem non huiuſmodi eſt. Iam uero et iram ad fortitudinem transferunt. fortes enim eſſe uidentur et qui concitati ira, ut feræ, in aduerſos feruntur. nam et fortes ſpeciem pre ſe ferunt iratorum. maxime uero propellit ira ad pericula capeſcenda. unde Homerus. uires immiſit ira, et animos iráq; concitauit. et acrem per nares uim. et ferueſcebat ſanguis. hęc enim cuncta animi incitationē iramq; denunciare uidentur. Fortes igit̄ honeſtate

mouentur ad agendum, quos ſimul ira adiuuat. feræ vero dolore et perturbatione impelluntur, ꝙ aut vulneratę ſint, aut vulnerari metuant. nam ſi in ſilua, aut palude tuto lateant, non ferè prodeunt. nõ igitur iccirco fortes ſunt, ſi dolore et ira concitatę ad periculum irruant, nihil malorum prouidentes. nam et aſini eſurientes hac ratione fortes eſſent, quippe qui ne uerberibus quidem exagitati à pabulo dimoueri poſſunt. et adulteri libidine abrepti multa faciunt audacter. non igitur fortes habendi, qui dolore, aut ira impulſi ad pericula aggrediuntur. Maxime autem naturalis uidetur eſſe fortitudo, quam exuſcitat ira, cum ſi conſilio, propoſitoq; fiat, et habeat quo referatur, uerę fortitudini aſſimiletur. et homines quidem irati dolent, et vindicta gaudent. qui vero his tantum impelluntur, pugnaces quidem ſunt, fortes uero, minime. non enim propter honeſtum id faciunt, nec vt ratio poſtulat, ſed affectione rapiuntur.

Simile quiddam habẽt et qui ſpe ducuntur. nec enim qui audẽt, ſpe bona inducti, fortes ſunt. nam ꝙ multos, idq; forteſſe ſæpius ſuperauerint, iccirco in periculis ſpe et fiducia ualent. conſimiles igitur ſunt et iſti fortium, ꝙ ambo confidunt. at fortes quidem ꝓpter honeſtatem, aut fugam turpitudinis, alacres ſunt, hi vero, quia ſuperiores ſe fore exiſtimant, et nihil mali eſſe paſſuros tale quiddam faciunt. Et vinolenti alacres etiam ſunt, et ſpe pleni, cum uero propius accedunt ad pericula, aufugiunt. fortis autem eſt ea, quę ſunt homini formidoloſa, aut eſſe videantur, perferre ac pati, quia id facere pulchrum et honeſtum eſt, et non facere turpe. ob quam rem fortius eſſe uidetur, in repentinis et ex tempore ſe offerentibus periculis intrepidum preſtare et imperturbatum, ꝗ in manifeſtis, et prouiſis. id enim oſtendit maiorem habitum, et uſum fortitudinis. aut certe cum ſit improuiſum indicat, nihil apparati et præmeditati fuiſſe ad ſubeundum. nã ad prouiſa ex cõſilio et ratione quiſpiam facile aggrediatur, ad ſubita vero et repentina, ex habitu, et vſu

ſolo

ſolo. Itemq; fortes apparent & qui periculum ignorant, neq; longe abſunt ab his, qui ſpe inducti confidunt, eo tantum deteriores, quod nihil præſidij, nihil fiduciæ in ſe habent, illi vero aliquid habent, & iccirco manent aliquandiu. Qui vero periculum ignorant ſimul ac ſe deceptos ſenſerint, & quod inuaſerint aliud eſſe uident, quàm opinati fuerint, illico aufugiunt. quod quidem argiuis accidit, cum in lacones, quos Sicyonios putaſſent, incidiſſent. Cuiuſmodi igitur ſint et fortes & qui fortitudinem imitentur, hactenus dictum eſt. Cũ ſit autem munus fortitudinis in metu & audacia moderandis, in formidoloſis plus negotij ſuſtinet. nã q ſe in his ĩtrepidũ exhibet, hic fortis ẽ magis, q̃ ſi audaciæ moderet̃. fortes. n. dicunt̃ vt iã añ diximus, exãclatione malorum. ob quã rem laborioſa eſt fortitudo, & merito laudatur. difficilius eſt enim odioſa & mala tolerare, q̃ iucundis & his, quę placeant, abſtinere. Sed tamen & ipſe fortitudinis finis iucundus videri poteſt, verum difficultatum vndiq; ingruentium turba obſcuratur, vt euenit in certaminibus, quę gymnica vocantur. pugilibus enim quidem finis iucũdus eſt, quippe qui coronam appetãt, & reliquos honores, qui victoribus debentur, dolent autem cum vulnerãtur, ſiquidem homines ſunt. Et omnino labor omnis moleſtiam affert. Cum vero hęc, quæ affligunt tam multa proueniant, tantulumq; ſit id, cuius gratia fiunt, iucũditatis id nihil habere uidetur. Quòd ſi tale quiddam accidit & in fortitudine, mors quidem et vulnera odioſa erunt viro forti, & inuito contingent, ſuſtinebit illa tñ, quia pulchrum id facere, & non facere, turpe. quoq; magis virtute perfecta præditus fuerit, & fortunatior, eo maiorem ex morte dolorem capiet. is enim vir maxime dignus eſt, qui viuat. & ſi moriatur, intelligit priuari ſe maximis bonis. dolet igitur hoc quidem, ſed nihilhominus fortis eſt, atq; haud ſcio an magis, ſiquidem militare decus illis omnibus anteponit. Nec hoc quidem contingit, vt in omnibus virtutibus iucundæ ſint actiones, niſi quatenus finis attingat̃.

Milites autem nihil fortaſſe prohibeat,cōmodiſſimos eſſe,et optimos,non eos,qui huiuſmodi ſunt, vt modo fortes eſſe dicebamus , ſed qui fortes quidem minus ſunt,nihil aūt aliud boni habent,ob qđ viuere magnopere cupiant.Quocirca parati hi ſunt ad pericula. & exiguo lucro vel vitam ipſam facile paciſcuntur. ac de fortitudine hactenus dixerimus. Quid aūt ea ſit,ex predictis facile eſt deſignare ſimpliciter. His pertractatis deinceps dicamus de temperantia. videntur.n.uirtutes hæ harum eſſe partium,quæ ſunt rationis expertes.Quod igitur temperantia ſit circa voluptates,iam diximus.minus aūt eſt,nec eodem modo circa dolorem, nam & in dolore videt aliquando ineſſe intemperantia.cuiuſmodi autem voluptatum moderatrix ſit temperantia,nunc determinabimus,ſed diſtinctas voluptates habere neceſſe eſt corporis, & animi. ſunt enim & voluptates animi,vt ambitio.& auiditas diſcendi,quibus vt quiſq; ſtudioſus ē, ita perfruitur,& gaudet,nulla corporis affectione , ſed mentis potius atq; animi. Qui autem huiuſmodi voluptatibus teneantur , hi neq; moderati appellantur,nec intemperantes . eodem modo neque ſi quos aliæ delectent, quę corporis non ſint. nam qui in fabellis & enarratiunculis,aliiſq; eiuſdem generis nimium operæ ſtudiiq; conſumunt,eos verboſos nugatoreſq; dicimus,intemperantes non dicimus.vt neque eos,qui pecuniæ , aut amicorum cauſa vehementius perturbentur.Erit igitur temperantia circa corporis voluptates,neque has omnes.nam qui viſus voluptate capiantur,ut coloribus,figuris,pictura,neque moderati dicuntur,neque intemperantes.atqui videri poteſt,vt & his delectari poſſimus ut conuenit, & magis , & minus,quàm conuenit.Eodem modo & in auditu,nam qui cantu,et fabularum actione ardentius teneantur,eos nemo appellat intemperantes,neque qui illis moderate vtantur,temperantes,neque ſi quos nimium delectat odoratus , ob id eos dicimus intemperantes , niſi propter aliud.nam qui pomi,aut roſæ , aut thuris olfatu ducantur ,

eos

eos non appellamus intemperantes. ſed eos potius, quos vnguenta, et obſonia odoratu delectant. his enim delectantur intemperantes, quod per ea redeant in memoriam rerum concupitarum. videre autem licet & aliis, cum eſuriant, eſculentorum lętantes odoratu. atqui his capi, & gaudere intemperantis eſt, ea namq; ſunt, quę in votis habere ſoleant. Non *eſt autem neq; in reliquis animalibus horum ſenſuum per ſe voluptas, niſi propter aliud, nec enim leporum odoratu canes delectantur, ſed carne, lętantur tamen, quia per eum leporem conſectatur, nec capitur leo rugitu bouis, ſed paſtu potius, gaudet eo tamen, quia bouem prope adeſſe indicat, eodem modo, neque ſi inueniat ceruum, aut capream, hoc ipſo per ſe lætatur, ſed quod ſe paſtum ſentit habiturum.* De *his igitur voluptatibus temperantia eſt, & intemperantia, quas & reliqua animalia participant. & icc irco ſeruiles, belluarumq; videntur eſſe potius, quam hominis, hæq; ſunt tactionis, & guſtatus, quamquam guſtatu parum, aut nihil vti videantur, eſt enim guſtatus iudicium in labijs, vt eſt uidere ex his, qui de vino delibantes iudicant, aut de ferculis, an ſint bene condita deguſtantes inquirunt. non enim admodum his delectantur, ac ne delectantur quidem intemperantes, ſed ipſa fruitione, quæ fit omnis per tactum in eſculentis, & poculentis, & rebus venereis. ob quam rem optabat philoxenus quidam* Eryxius, *vir gulę deditus, guttur ſibi dari longius, quàm gruis, quòd ſcilicet tactione delectaretur.* T*actio igitur vnde omnis intemperantia, ex omnibus ſenſibus maxime communis eſt, & merito vituperari iudicatur, quòd is ſenſus nobis inſit, non vt hominibus, ſed vt animalibus. his igitur voluptatibus, quę tactu percipiuntur delectari, easq; maxime conſectari, non hominis, ſed belluarum eſt, nam quæ libero, proboq; uiro dignę ſunt voluptates, à tactionis voluptatibus diſiunguntur, vt quę in gymnaſiis per confricationem, & caloris incitatione totum corpus afficiunt cũ delectatione, neq;.n. totius corporis*

tactus intemperantiæ,ſed quarundam partium eſt. Cupiditates aũt partim communes eſſe videntur,partim propriæ,atq; vſu adiũctæ,velut alimenti quidem cupiditas naturalis eſt, quilibet enim deſiderat,cum indigens eſt,ſiccum, aut humidum cibum,aliqñ etiam vtrunq; & cubile etiam inquit Homerus iuuenis vel ętate florenti, huiuſmodi vero,aut illiuſmodi non oẽs appetunt,ne q; eadem. quãobrem in his noſtra videtur eſſe optio. in quo tamen naturalis quædam inclinatio ineſt, alios enim alia delectant, & quędam omnibus prę cęteris iucunda ſunt. In naturali igit̃ deſiderio pauci delinquũt, idq́; ferè in re vna.eſſe enim quempiam appoſita quęq́;, aut bibere, quoad cumulatius expleatur,excedere hoc eſt naturale deſiderium, quod quidem nihil vltra appetit,ꝗ poſtulat indigentia.quapropter hi ſunt,quorum deus venter eſt,vt eſt in prouerbio, ꝗ immoderate paſtu,potuq́; ſe ingurgitant,huiuſmodi vero efficiunt̃ villiſſima quęq́; mancipia.In ſingulis autem,propriyſq́; voluptatibus complures delinquunt multipliciter.Cumq́; hoc accidat his, qui aut quibus nõ cõuenit,aut magis,ꝗ pleriq; omnes, aut non quemadmodum deceat, aut non qua parte deceat delectentur,his omnibus modis principatũ obtinent intemperantes,nam & quibuſdam capiuntur,quę aſpernari conueniat,quæq́; etiam odiſſe debeant,& ut etiam non nullis delectari deceat,ea magis,ꝗ opus ſit,& ꝗ vulgo fieri ſoleat,conſectãtur.Quòd igitur intemperantia exuperatio ſit voluptatis, eademq́; vituperanda,ex his manifeſtum eſt. In dolore autem non eodem modo ſe res habet,ſicut in fortitudine, non.n. patiendo dicitur quis temperans,aut intemperans,non ferendo.Sed intemperans ex eo ẽ, ꝙ magis,ꝗ viro conueniat affligatur, ꝙ voluptatibus frui nõ liceat, ſupraq́; modum illarum deſiderio teneatur, Temperans vero, ꝗ voluptatis abſentia,aut preſentis abſtinentia non mouetur.Intemperans igitur cupiens eſt cuiuſlibet voluptatis,aut certe præcipuæ cuiuſq́;,ducituŕq; deſiderio ita,ut hanc cæteris anteponat. Quare affligitur

ſligitur & non potiundis, & cupiendis voluptatibus, cum moleſtia enim eſt cupiditas omnis. abſurdum autem eſſe uidetur, & dedecore plenum, torqueri deſiderio voluptatum. Qui vero deficiant in voluptate, & ea minus, q̃ conueniat, capiantur, non admodum multi reperiuntur, neq; enim hominis eſt iſtiuſmodi ſtupiditas. etenim reliqua animalia diſcernunt inter paſtus, & alijs quidem delectantur, alios uero reſpuũt. Si uero cuipiam nihil ſapiat, nihil ſuaue ſit, neq; illi aliud ab alio differat, hic longe abeſt, ut homo appellandus ſit. cui etiam, ꝙ non frequentius inueniatur, ne nomen quidem impoſitũ eſt. Moderatus autem, & temperãs habet ſe in his mediocriter, nec enim his delectatur, quibus intemperans, ſed ea potius abominatur, nec omnino quibus non conuenit, nec huiuſmodi ullius rei libidine inflamatur, neq; ſi abſint, moleſte fert, neq; deſiderat, aut moderate deſiderat, nec magis, q̃ deceat, nec qñ nõ deceat, deniq; nihil huiuſmodi uitiorũ cadit ĩ hominẽ tẽperantẽ. eaq; delectabilia, q̃ ad ualetudinẽ faciant, & ad bonam corporis habitudinem, appetit moderatę, & ut conuenit, itidemq; alia iucunda nõ aſpernatur, quę ualetudini nõ officiant, nec honeſtatis limites excedant, nec rem familiarem exhauriant. nam quĩ horum rationem non habeat, hic plusq̃ ęquum eſt tribuit uoluptatibus. Temperans uero non talis eſt, ſed ut recta ratio præſcribit, ita ſe tractat. magis aũt uoluntaria eſſe uidetur intẽperantia, q̃ timiditas, etenim illa ex uoluptate prouenit, hæc ex dolore, quorum quidem hic eſt de numero fugiendorum, illa uero, appetendorum, & dolor quidem diſtrahit, & conficit naturam eius, quẽ occuparit, uoluptas uero nihil tale efficit. Quare quo magis eſt uoluntaria, eo eſt uituperatione digna maiori, nam ad delectabilia facilius eſt aſſueſcere. multa enim ſunt huiuſmodi in uita communi, quæ nobis blandiantur, & uſus ipſe, et aſſuefactio ſine periculo fit, contra uero in rebus formidoloſis, uidetur autem timiditas, quæ ex habitu inhęret, non eodem modo eſſe uoluntaria, ut ea, quæ in rebus

ſingulis accidit,illa enim dolore uacat,hęc uero præ dolore mentem deturbat,ita ut & arma abÿcere compellat, & alia turpiter admittere,& iccirco violenta eſſe videtur. Intemperanti uero contra accidit,nam quæ ſingulariter fiunt,ſunt voluntaria,quippe quę deſiderentur,& appetantur.totum autem minus eſt voluntarium.nemo.n. cupit eſſe intemperans. ipſum autē nomen intemperantiæ ad puerorum errata transferimus,habent enim aliquam ſimilitudinem inter ſe.Vtrum vero ab utro dicatur,nihil ad pñs negotium, conſtat uero poſterius à priore denominari.non peſſime autem tranſlatum eſſe uidetur,caſtiganda enim ſunt quæ appetent inhoneſta,& in eis aliquos progreſſus habeāt.huiuſmodi autem ſunt cupiditas,et pueri,nam ſecundum deſiderium uiuunt et pueri, et pręcipue in his ē appetitus uoluptatis,ꝙ niſi obedientes ſub morum magiſtro teneantur,longius procedant,Inſaciabilis eſt enim uoluptatis appetitio, et undiq; ſe offert imprudentibus,et cuiuſlibet actione, et agitatione cupiditatis ſui generis cupiditates augentur.Quòd ſi magnę,uehementesq́; fuerint,mentem, rationemq́; deÿcunt, Iccirco moderatas eſſe cōuenit,et modicas,rationiq́; nihil aduerſantes.Quod autem huiuſmodi fuerit,id obediens dicimus,et temperatum.Quemadmodū enim puerum uiuere conuenit ſub præceptoris regula, ſic et cupiditas ſub ratione continenda eſt.Quam ob rem temperantis deſideriū rationi congruere debet,utrumq́; enim tendit ad honeſtatem.nā et temperans optat, quę cupienda ſunt, et quemadmodum cupere debeat,et quomodo conueniat,ſic autem et ratio pręſcribit.hęc igitur de temperantia dicta ſint.

FINIS TERTII LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER QVARTVS.

DE liberalitate deinceps dicamus.ea autem in uſu pecuniarum mediocritas quædam eſſe uidetur.laudatur enim liberalis non ex rebus bellicis, nec ex qbus temperans,ſed neq; rebus iudicãdis, uerum dandis, accipiendiſq; pecunijs,magis uero dandis.Iam uero pecunias dicimus,non tantum nummos,ſed ea omnia, quorum pretiũ nũmis põderamus.Eſt ãt et ꝑdigalitas,et auaritia pecuniarũ . in quarũ altera nimium eſt,in altera parum.uitium utrumq;. et auaritia quidẽ notamus eos ſemper,qui plus æquo pecunijs inhiant.ꝑdigalitatẽ uero ad alia ẽt peccata transferre ſolemus.nã et incõtinentes, et ad explendas libidines ſumptuoſos,prodigos appellamus.hiq; flagitioſiſſimi eſſe uidentur,quippe qui multipliciter uitioſi ſunt , quã ob rem improprie ſic nominantur, nã ꝑdigus is recte dicitur , qui uno quidẽ uitio laboret,q ſcilicet rẽ familiarẽ exhauriat.ꝑdigus.n. eſt,q ſe ipſe perdit,id quod melius uerbo gręco ſignificatur. uidet enim ſui cuiuſq; patrimonij diſſipatio perditio ſua eſſe , quippe cũ uiuere ex eo ſit.ſic igitur prodigalitatem accipimus , quam uel largitionem dicamus licet.Quorum autem eſt uſus aliqs,his uti tũ bene,tum male poſſumus. atqui diuitiæ huiuſmodi ſunt. Vnoquoque ãt is bene utit,qui eius naturã,artẽq; tenuerit . diuitias igit optime diſpenſabit, q pecuniarũ artẽ uirtutẽq; habuerit.at is nõ alius ẽ,q̃ liberalis.Vſus uero pecuniarum in recta earum collocatione poſſitus eſſe uidet.nã quærere,et cuſtodire,ad earum amplificationẽ potius ꝑtinet.

Et icirco magis eſt liberale dare quibus dandum fuerit, q̃ accipere unde accipienpum, aut nõ accipere unde non liceat. magis enim uirtutis eſt, beneficium conferre, q̃ accipere, & laudabilia facere, q̃ flagitijs abſtinere. atqui dando, beneficia conferuntur, & honeſte agitur. accipere uero eſt ſeipſum commodis afficere, aut non turpiter agere. & danti gratia debetur, & laus, non ita accipienti. Tum facilius eſt non accipere, q̃ dare. multo enim minus ſua quiſq; profundit, q̃ foris accipiat. & liberales quidem dicuntur, qui de ſuo impendunt, Qui uero non accipiunt, magis ut iuſti, q̃ ut liberales laudantur. accipientes uero, ne laudantur quidem. Amantur autem fere liberales maxime ex omnibus uirtute prędítis. utiles enim in commũne ſunt. quod quidem dando conſecuntur. Tum actiones ex uirtute ſuſceptę honeſtę ſunt, & honeſti gratia ſuſcipiuntur. Et liberalis igitur recte dabit, & honeſti gratia. nam & quibus conuenit dabit, & quando erit dandum. & alia omnia obſeruabit, quę rectę beneficiorum collationi comitantur. Idq; libenter faciet, aut certe ſine moleſtia. nam quod ex uirtute fit, non grauate fit, & abſq; ſtimulo doloris. Qui uero dat quibus non conuenit, aut non honeſti gratia, ſed ob aliam aliquam cauſam, hic non liberalis, ſed alio nomine appellabit̃. neq; qui cum moleſtia exhibeat liberalis habendus, nam honeſtę actioni pecunias prępoſiturus uideri queat. at non talis eſt liberalis. Sed neq; capiet unde non deceat. neq; enim eſt non admirantis adamantiſq; pecunias huiuſmodi acceptio. nec facile ab alijs poſtulabit, quæ ad ſe tranferat. nec enim benefici eſt, propenſum eſſe ad beneficia capiẽda. capiet uero unde liceat, ex proprijs ſcilicet poſſeſſionibus, non ꝙ id quidem pulchrum ſit, ſed quia neceſſarium, ut habeat, unde benigne facere poſſit. nec tamen rerum ſuarum curam dimittet, ſi modo uoluerit per eas prodeſſe q̃ plurimis. nec uulgo, & ſine diſcrimine gratificabitur, ne deſit poſtea quod dignis tribuat, & ubi, & quando tribuendum fuerit. Eſt autem benefici longe

propenſiorem

propenſiorem eſſe ad erogandum, magisq́; aliena commoda curare, q̃ ſua. habetur autem, & appellatur liberalitas pro vtentis facultatibus. non enim multitudine munerum liberalitas continetur, verũ dantis affectione. hęc enim impendit pro rerum copia. Quare nihil prohibet etiam liberaliſſimum eſſe pauciora tribuentem, ſi hæc ex minori copia dederit. Benefici autem magis eſſe videntur, qui rem ipſi non comparauere, ſed ab alijs traditam accepere: ignorant videlicet iſti quid ſit egere. & opera ſua maxime diligunt omnes, velut parentes, poetę, & artifices omnes. Non facile eſt autem beneficum diuitijs abundare. quippe qui quærere rem, cuſtodireq́; neſciat, ſed profundere tantum, nec pecunias ſui cauſa, ſed aliorũ habeat in precio. ob quam rem fortuna accuſatur, ꝙ qui maxime digni ſunt, minime abundent. accidit vero hoc non ſine cauſa. Qui n. fieri poteſt, vt pecunias habeat qui habere non curet? non magis id quidẽ, q̃ in alijs rebus vſu euenire ſolet. nemo enim doctus euadat, qui ſtudium adhibere noluerit. non tamen dabit beneficus quibus nõ conueniat, nec quando non fuerit opus, nec alia huiuſmodi peccabit, nec enim iam ageret ex liberalitate. & ſi in hos uſus abſumeret rẽ, non haberet poſtea vnde in neceſſarios erogaret. Nam, vt diximus, is beneficus eſt, qui pro facultate elargitur. Qui vero ſupra vires benigne faciat, prodigus appellatur. & iccirco reges non dicuntur prodigi. non enim facile eſſe videtur, illorum diuitias, & opes largitionibus exhauriri. Cũ ſit autem liberalitas mediocritas dandi, & accipiendi, pecunias liberalis vir dabit, & abſumet, in quoſcunq; vſus opus fuerit, ęque in paruis, & magnis rebus, idq́; libenter faciet, et cũ delectatione. & accipiet vñ debuerit, et quęcũq; debuerit. nã cũ virtus mediocritas ſit utriuſq;, faciet vtrũq;, ut fuerit faciendũ honeſte. n. erogationi comitari dẽt huiuſmodi acceptio. Quę aũt non talis fuerit, contraria eſt. Quæ igitur exhibendi, & accipiendi rationes inter ſe conſequentes fuerint, in eodem fiunt liberali. con

trariæ vero, non item. Quòd ſi benefico ṗter conueniens, præterq́; boneſtu m diſpendim facere contingat, moleſtiam capiet ille quidẽ, ſed moderate, & vt decet. eſt enim virtutis & lętitia, & moleſtia affici, in quibus par eſt, & quemadmodum decet. Et beneficus quidem facilis eſt in rebus contrahendis, & iniuriæ obnoxius, præcipue pecunijs non adamatis. magisq́; ęgre ferat, ſi quid non contulit, cum opus fuerit, q̃ doleat, ſi impenderit tum, cum minime opus fuerit, q̃q̃ id à ſimonide non probtur. prodigus autem & in his peccat, nec enim gaudet quibus conuenit, neq; vt conuenit, neq; ęgre fert. erunt autem hęc progredientibus apertiora. atque à nobis iam dictũ eſt, largitionem, & auaritiam, exuperationem eſſe alteram. alteram defectionem. easq́; in largiendis, accipiendisq́; pecunijs verſari, etenim ſumptus in largitionem conferimus. exuperat igitur largitio dando, & non accipiendo, deficit autem in accipiendo. Contra auaritia deficit quidem dando, vltra autem modum progreditur accipiendo, idq́; in exiguis tantum rebus. Prodigalitas igitur non admodum augetur. nec enim facile ex nulla parte capientem omnibus elargiri: celeriter. n. hac ratione abſumuntur priuatorum facultates. hiq́; ſunt, qui prodigi eſſe videntur. Eſt vero prodigus non parũ melior ſordido, & illiberali, nã ſanabilis eſt & ab ætate, & ab indigentia, & põt ad mediocritatem redire. hẽt enim partes liberalis. ſi quidẽ dat, & nõ accipit, neutrũ vero bene, neq; vt cõuenit. Quòd ſi hæc tractare didicerit, aut aliquo alio mõ mutetur, eſſe poterit liberalis. dabit. n. quibus conueniet. nec accipiet vnde non deceat. & iccirco non videtur eſſe perditis moribus. non enim mali hominis, neq; vilis eſt exuperare dando, nihil ipſum accipientem, ſed potius ſtolidi & inſipientis. Hac igitur ratione prodigus molto cõmodior ſordido, & auaro eſſe videat, & ob ea, q̃ diximus, & ꝙ ille ꝓdeſt multis, hic vero nemini, nec ſibi ipſi quidẽ. Verũ plęriq; largitores, ut dictũ eſt, ſumunt vnde nõ conuenit, & ob eam cauſam auari exiſtunt. fiũt

enim

enim ad accipiendum procliuiores, eo ꝙ impēdere quidem, & elargiri velint, facile autem hoc facere non poſſint, breui enim deficiūt facultates, coguntur igitur aliunde quærere, & ſimul cum nullum reſpectum habeant ad honeſtatem, ſine vllo diſcrimine ſumunt vndecunq;. elargiri enim deſiderant, hoc autē quomodo, aut vnde faciāt, nihil premeditantur. Quam ob rem nec liberalis quidem fuerit eorum exhibendi ratio. non enim honeſta, nec huius ipſius rei gratia. neq; ut conuenit, verum aliquando qui merito indigerent, hos diuites reddunt, moderatis, & honeſtis viris ne obolū quidem tribuētes, adulatoribus vero, aut aliq̃ alium voluptatem adminiſtrantibus multa impendunt. Iccirco & intemperantes ſunt pleriq; eorum. cum.n. procliuius profundant, ſunt in omne genus intemperantiæ ſumptuoſi, cūq; non honeſte viuant, ad voluptates dilabuntur. Prodigus igit̃ ſi monitore careat, in hæc huiuſmodi vitia recidit. ſi vero curator adhibeatur, ad medtocritatem. & honeſtatē fortaſſe reuocari poſſit. Auaritia vero inſanabilis eſſe videtur. Et ſenectus, omniſq; imbecillitas reſtrictos homines, & auaros reddere conſueuit. inhæret'q; auaritia naturaliter magis, q̃ prodigalitas. plures.n. tenaces, et reſtrictos, quam largos reperias. patet'q; hoc latius, & multiplex eſt, multa enim genera auaritiæ eſse uidentur, cum'q; ea duobus contineatur, quòd ſcilicet deficiat dando, & exuperet accipiendo, non omnes integre occupat, ſed aliquando diuiditur, et partim exuperant capiendo, partim deficiunt dando. Qui.n. his vocabulis nuncupantur, vt parci, tenaces, reſtricti, aridi dicantur, iſti omnes dando deficiunt. Sunt ēt qui aliena non appetant, nec cuiquam detrahere velint, partim propter quandam modeſtiam, cauentes ne quid turpe admittant. videntur enim nonnulli, aut ſaltem præ ſe ferunt ipſi, ſe iccirco ſua tenere, ne vnquam indigentes turpe aliquid facere cogantur. ex his'q; eſt cumini ſector, et ſi quid aliud huiuſmodi dicitur in probris. Alij rurſus propter timorem

abſtinent alienis, q̄ non facile ſit, quempiam ipſum quidem alienis detrahere, ſua vero ab alijs cuſtodire. placet igitur ipſis neq; detrahere, neq; tribuere. Ecce tibi alij nimia habendi cupiditate, qui vndiq; & omnia quærant, ſordida damnatáq; infamię opera exercentes. Huc adde lenones, & fæneratores, & id genus alios. & omnino eos, qui ſua tenent, & appetunt aliena. etenim hi omnes, vnde non conuenit detrahunt, & quantum non phas eſt. communiterq; omnes ſordidi videntur, quippe qui quæſtus gratia, eiusq; minimi, probra magna ſuſtineant. Magna vero exigentes, vnde nephas eſt, & quæ ſumere non decet, non dicimus illiberales, aut auaros, veluti reges urbes diripiētes, & fana depredantes, ſed iniuſtos potius, & ſceleſtos, & impios appellamus. aleatores autem, prędones, & piratę omnes auaritia condemnandi. cuncti enim in ſordida arte verſantur, & quęſtus gratia ita ſe tractant, & male audire patiuntur. & alij quidem pericula magna adeunt lucelli gratia. alij ab amicis auferunt, q̄bus potius de ſuo dare deberent. vtriq; igitur illiciti quęſtus auidi, ſordidi ſunt. & omnes omnino huiuſmodi quęſtus illiberales. Merito igitur liberalitati auaritiam opponimus. maius enim malum eſt, q̄ prodigalitas. frequentiusq; in hac peccatur, q̄ in largitione. De liberalitate igitur, & contrarijs uitijs hactenus dictum ſit. Videtur autem conſequens eſſe, vt & de magnificentia percurramus. quę & ipſa uirtus videtur eſſe quædam ad pecunias pertinens, verum non quemadmodum liberalitas, omnes actiones, quæ ad pecunias pertineant, attingit, ſed ſumptuoſas tantum, et in quas magna pecunia cōferatur. in his enim liberalitatem ſuperat magnitudine. & eſt quēadmodum nomen ipſum ſignificare videtur, in magnitudine condecens ſumptus. porro magnitudo ipſa ad rationem operis referenda eſt. nec enim par ſumptus trierarchi, et ſpectaculorum præfecti. de corum igitur ad ipſum, qui facit refertur, & ad tempus, et ad locū, & ad opera ipſa. Qui autem in paruis, aut mediocribus pro dignitate

tate ſumptum faciat, non dicitur magnificus, vt qui ſępius tribuat mendico, ſed in magnis cernitur magnificentia. magnificus enim liberalis quoq; dici poteſt. non autem ſi quis liberalis fuerit, continuo etiam magnificus habendus. huius autem habitus, in altero quidem extremo ſordidi ponuntur omnes, & qui ſunt anguſti animi, in altero oſtentatores, & omnes, qui prætereã conueniat magnitudine pręſtare contendunt, quiq; vbi phas non ſit, gloriam ſibi & claritatem aucupantur, de quibus deinceps dicemus. Magnificus vero ſciẽti doctoq; ſimilis eſſe uidetur. valet enim videre quid deceat, & magna impendere cum elegantia. vt enim à principio diximus; habitus cernitur actionibus, & his, quorum eſt habitus. Magnifici autem ſumptus, magni, & conuenientes. huiuſmodi igitur ſunt & opera, ſic.n. erit impenſa magna, & congruens operi, ita ut opus quidem impenſa dignum eſſe oporteat, & opere impenſam, aut etiam pręſtare. Impendit autem hæc huiuſmodi magnanimus honeſti gratia. hoc.n. commune eſt omnibus virtutibus, idq; cum uoluptate etiam faciet, & large. exacta enim & diligẽs raciotinatio ſumptus, exilis cuiuſdã, & anguſti animi eſſe uidetur. dabitq; operam magnificus, ut opus q̃ pulcherrimum & decentiſſimum faciat magis, q̃ vt cogitet quanti conſtet, aut quomodo id q̃ minimo abſoluat. neceſſarium enim eſt, et liberalem eſſe eum, quem magnificum dicimus, nam et liberalis impendet, quę conueniat, et vt conueniat. Cumq; in his liberalitas uerſetur, in eiſdẽ eminebit magnifici magnitudo. et ab æquali ſumptu opus faciet non modo æquale, ſed etiam magnificentius. non.n. eadem vis eſt poſſeſſę rei, et ipſius operis, quod ex ea proficiſcitur. nam et illa quidem plurimi eſt, et pęrcioſa, velut uerbi cauſa, aurum, opus vero quod inde conficiatur magnitudine, et pulchritudine uiſendum. eſtq; huiuſmodi ſpectaculum admirabile, id, quod et de magnifico dicitur. operiſq; magnificentia in magnitudine ſita eſt.

Sunt autem ſumptus quidam, quos dicimus honorabiles, ut deorũ

donarioa, templorum conſtructiones. ſacrificia, et id genus alia, eque etiam et quecunq; in rem diuinam conferuntur, et quæ in vulgus adamantur cum admiratione, velut publice ludus exhibiti, magnificiq; apparatus, Itemq; publicum epulum. in quibus omnibus, vt prædictum eſt, referri conuenit ad eum, qui faciat, quiſnam ille ſit, et quibus facultatibus preditus. his enim debet ſumptus reſpondere, neq; magis pro operis conditione, q̃ agentis conſtitui. Quam ob rẽ pauper non poteſt eſſe liberalis. nec enim habet, vnde ſumptum faciat decenter. Quod ſi quis conari velit, ſtolidus habeatur. Decent et eos opera magnifica, quibus prius etiam aliqua huiuſmodi extiterũt per eos facta, vel maiores ſuos, vel per alios aliquo iure coniunctos, itemq; nobiles claroſq; uiros, et alios eiuſmodi. omnia enim hec amplitudinem habent, et dignitatem. Talis igitur magnificus eſt. et his ſumptibus, vt diximus, magnificentia continetur, quippe qui maximi ſint, et longe honeſtiſſimi. In priuatis uero magnifice fieri ſolẽt, que ſemel, aut omnino rarius fiunt, vt nuptie, et ſi quid aliud tale. eſt etiam inter magnifica, quod vniuerſa ciuitas, aut principes curent. addo externos hoſpitio ſuſcipere, et quibuſdam quo cupiant itionẽ conficere, itemq; munera et remunerationes. non enim in ſe ipſum ſumptuoſus magnificus eſt, ſed in communem vtilitatem. munera autem ſimile quodam habent cum donarijs. Magnifici etiam eſt domum comparare opibus congruentem, ad ornatum enim hoc quoq; pertinet. et in hæc potius ſumptum facere, que diuturniora futura ſint. pulcherrima enim hæc. ſuumq; in ſingulis decorum laudabile. nec enim eadem dijs, hominibuſq; conueniunt. neq; ſacrificijs idem debetur, et parentalibus. Et quoniam ſumptus magni dicuntur vnuſquiſq; in ſuo genere, et magnificentiſſimus quidem, qui eſt in magna re magnus, alibi autem, qui in alijs magnus, et differt admodũ magnitudo operis ne ſit, an ſumptus. pila enim, aut trocus is, qui

pulcherrimus

pulcherrimus fuerit, magnificentiam habet vt res luſibus comparata, at eius, prętium per puſillum eſt, et illiberale, Iccirco magnifici eſt, in quocunque genere quid faciat, id large et magnifice facere, quod enim huiuſmodi fuerit, huic nihil addi poterit, et ſe habebit pro ſumptus ratione. Talis igitur Magnificus eſt. Exuperā uero et oſtentator pluſquam conueniat abſumendo redundat, ut dictum eſt. In his enim quæ modicis ſumptibus contenta eſſent, multa abſumit, et claritatem quærit pręter conuenientiam, ueluti cum ſodales in conuiuio accipiat nuptiali pompa, et hiſtrionibus ſumptum ſuppeditans uiam purpura conſternat, et omnia hæc faciat non honeſti gratia, ſed diuitias oſtentans, per hęc exiſtimans foris admirationem conſequi. Tum ordinem conuertat, et ubi multa opus eſſent, pauca impendat, ubi pauca ſufficiant, plurima inculcet. Sordidus uero et anguſtus in omnibus reſtrictus erit, et multis ſæpe abſumptis, ne quid exiguum præterea addat, totius rei pulchritudinem perdet, et ad omnia, quę erit facturus hærebit, reſpectabitq; quonam modo quàm minimum errogare queat, idq; moleſte feret, ac putabit, ſe maiora facere, quàm ſit opus. In uitia igitur recidunt affectiones iſtę, non tamen magnam infamiam afferunt. nam neque alijs officiunt, neque magnam habent turpitudinem.

Magnanimitas uero in magnis quidem uerſatur, ut ex nomine apparet, ſed in cuiuſmodi magnis primum uideamus. Differt autem nihil de habitu ne, an de eo, in quo fuerit habitus, diſputemus. uidetur autem magnanimus is eſſe, qui ſe ipſe magnis dignum cenſet, et dignus quidem eſt. Id enim qui pro dignitate non faciat, ſtolidus eſt. Ex his autem, qui ſint uirtute præditi nullus neq; ſtolidus, nec demens eſt. Magnanimus igitur, qui dictus eſt. qui uero modicis dignus ſit, et ita ſe ipſe deputet, hic moderatus eſt, magnanimus uero, minime. In magnitudine enim poſita eſt magnanimitas, quemadmodum pulchritudo in corpore magno. Nam

qui ſint parua ſtatura, elegantes quidem eſſe poſſunt, et apta compoſitione membrorum, pulchri autem eſſe non poſſunt. Qui autem magnis ſe dignum putat, cum nō ita ſit, hunc inepte magnanimum, et oſtentatorem appellamus. Qui uero pluris ſe deputant q̄ ſint, non omnes hi oſtentatores habendi. Iam uero qui ſe ipſe minoris ducit, q̄ ſit, is demiſſo animo, puſilloq́; putandus eſt, ſi quo bono dignus ſiue ſummo, ſiue mediocri, ſiue etiam infra mediocre, adhuc minoris ſe ipſe ducit, et pręcipue ſi ita ſentiat, qui magnis dignus eſſe uideatur. quid enim faceret, ſi non eſſet huiuſmodi. Eſt igitur Magnanimus magnitudine quidē ſupremus, ratione uero, modoq́; mediocris. pro dignitate enim ſe ipſe iudicat. hij autem, quos ſupra diximus, exuperant, et deficiunt. Si quis igitur magnis ſe ipſe dignum ducit, atq; adeo maximis cū dignus ſit, uno quodam quaſi mercedis genere dignus erit. Quid igitur hoc ſit, ex rebus, quę ſunt in præcio inueniendum eſt. refertur autem pręcium ad externa bona. ex quibus maximum id ducimus, quod dijs immortalibus impartimur. et quod maxime expetunt principes ipſi, quodq́; egregijs facinoribus pro mercede propoſitū eſt. Tale āt eſt honor, et gloria. maximum igitur hoc externorum bonorum. Honores ergo petet, et fugiet infamiam Magnanimus, eo modo, quo conuenit. Et ut etiam ratio non afferatur, apperent tamen Magnanimi honores appetere. nam ut quiſq; magnus uir eſt, ita maxime ſe honore dignum ducit, pro dignitate tamen, et uirtute ſua. Qui uero demiſſo humiliq́; animo fuerit, deficit is, quod attinet ad ſuam ipſius dignitatem, et ad magnanimi exiſtimationem. Tumidus uero et inflatus, quod quidem ad ſe ipſum attinet, redundat, non tamen magnanimum ſuperat in opinando de ſe glorioſe. et Magnanimus quidem, ſi modo maximis dignus fuerit, optimus ſit neceſſe eſt. melior enim ſemper maioribus dignus, et maximis, optimus. Qui re ipſa igitur magnanimus ſit, bonus ſit oportet. et quod eſt in unaquaq; uirtute magnū, id magnanimi eſſe uidetur.

uidetur.minimeq́; magnanimo conueniat,fugere perterrito , neque cuiquam iniuriam facere.Nam quid turpia in ſe admittat,cui nihil magnum fuerit? Singula vero conſideranti ridiculius omnino magnanimus videatur,ni bonus fuerit.etenim ſi malus, non erit honore dignus,ſiquidem honor virtutis pręmium eſt,& eo boni afficiũtur.videtur autem Magnanimitas tanq̃ ornamentum eſſe virtutis. quippe quæ illas maiores reddat,neq; tamen ſine hiſdem efficiatur. Quocircà difficile eſt ad veritatem eſſe magnanimum.nec enim id contingat ſine probitate, & vitę integritate. Maxime igitur honores ſequitur magnanimus,& refugit ignominiam,& honoribus quidem magnis,& à bonis viris habitis mediocriter lętabitur,quaſi debitos conſequatur,aut etiam meritis minores,ſi quidem perfectæ virtuti nullus honor par eſſe poteſt,ſed tamen honorem non recuſabit,cũ maiora illi tribuere non habeant,minores uero,et à vulgo hòminum oblatos omnino parui ducet,non enim hi meritis pares.eodẽ modo neq; ignominiam curabit,quæ merito in illum cadere non poteſt.Maxime igitur,vt dictum eſt , appetit honores Magnanimus, ſed tamen & diuitias,& principatus , & omnes proſperitates , & res aduerſas moderate feret vtcunq; acciderint. nec fortunatus,lętitia exultabit,nec in malis demittet animos.nec enim de honore ita exiſtimat,vt de re maxima.Imperia vero,& magiſtratus , & opes ob honorem ſunt appetenda.quibus qui præditi fuerint,per ea honorari poſtulant. Quo circa Magnanimus multa,quę alij admirentur, contemnere conſueuit.Conſtat autem & fortunę commoda conferre ad magnanimitatem . Nobiles enim digni putantur honore , & principes,aut etiam diuites.eminent enim inter alios.omne autem, qđ in bonis excellat,honorificentius. Quo circa hæc huiuſmodi eos, in quibus fuerint,reddunt magnificentiores.honorãtur enim ab aliquibus.ſed qui eſt re ipſa & veritate bonus , ſolus hic honorandus. Cui autem vtrunq; inſit,vt & bonus ſit, et fortunę muneribus or-

natus, huic plus honoris debetur. Quòd ſi quibus fortuna ſine virtute fauerit, hi neq; ſe ipſi merito magnifaciant, nec recte magnanimi dicantur. Et enim fortunæ bona, remota virtute, conſiſtere non poſſunt. ſuperbi autem, & contumelioſi redduntur, & id genus alia vitiorum nomina ſubeunt. nam ſine virtute non facile eſt ferre moderate proſperitates. Fortuna igitur elati, & alijs ſe preſtare putantes, eos quidem contemnunt, ipſi vero temere omnia faciunt, cum enim diſſimiles ſint magnanimorum, eos tamen quoad poſſunt imitantur. Quæ igitur virtutis ſunt, ea minime ſecuntur, alios vero improbe contemnunt, id, quod magnanimus ratione facit. vere. n. magnanimus opinatur, multitudo autem temere, & ſine iudicio. Nõ *ſæpius autem nec auide pericula aggreditur magnanimus: pauca. n. curat. magna vero diſcrimina ſuum quaſi paſtum ducit, cumq; ea ſubierit, tunc vitæ prodigus eſt, quippe qui non uiri eſſe exiſtimet, quoquomodo velle uiuere. Eſt etiam beneficus, pudetq; ipſum affici beneficio. illud enim, ſuperioris, hoc inferioris, cumulatiusq; ſemper quę acceperit, remetitur magnanimus. ſic enim ſibi obligat eos, qui prius fuerint creditores. videntur etiam magnanimi memoria tenere, quibus bene fecerint, à quibus autem ipſi beneficium acceperint, non ita, Inferior enim qui beneficium accipit eo, qui dedit, vult autem Magnanimus excellere. & quę ipſe contulit libenter audit. contra moleſte, quæ accepit. ob quam rem cum Thetis Iouẽ exorare vellet, ſua beneficia non profert. nec lacones apud Athenienſes. verum potius beneficia in ſe collata recordantur. eſt etiam magnanimi nulla re ferè alterius indigere, indigentibus vero prõpte ſubuenire. Et cum principibus fortunatisq; hominibus magnum ſe gerere, cum tenuioribus uero, moderatum. illos enim ſuperare, vt arduum, ita glorioſum, hos vero, facile uincas, & ſine negotio. & inter illos quidẽ gloriari, nõ degeneris aĩ eſt, inter tenues vero, ſuperbi & arrogantis, quod eſt tanq̃ ſi cũ imbecillis fortitudinem iacties.*

Eſt

Eſt etiam magnanimi ad glorioſa quæq; , & vnde alij ſibi primat quęrant,non accurrere,eſtq; eiuſdem in pleriſq; cunctari,niſi ſi qd' opus vocet magnum, & honoratum admodum,& pauca quidē agere,ſed ea magna & laude plena. aperte ēt neceſſario odit,vel amat; nam clam aliquid facere timorem arguit. Deniq; oīa & dicit , & agit aperte,magis veritati inſeruiens,q̄ opinioni.eſt.n. hoc humana & externa contemnentis,& deſpicientis.& iccirco fiducia prędit9 eſt,& libertate vtitur. Viciſſimq; quia ſic affectus eſt,humana oīa deſpicit,& virtute ducit inferiora.eſt enim ſimplex, et veritatis amicus,niſi quid diſſimulet, quod faciendum non nunq̄ apud imperitam multitudinem.Eſt ēt Magnanimi nō poſſe ad alterius arbitriū, niſi amici viuere,quippe cū id ſeruile ſit . & ideo oēs aſſentatores ſeruiles ſunt,& humili,demiſſoq; aīo.ꝑterea nihil magnanimus admirat',quippe cui nihil magnū videat' , ꝑter honeſtum. nec iniurias cōputat.non.n.eſt magnanimi mala recordari , ſed cōtēnere potius. nec ullū ferè ſermonē ſerit,nec de ſe ipſo,nec de alio,nec.n.ſe laudari curat,nec alios vituperari.rurſum nec ad laudandū ꝓcliuis . et iccirco nec maledicus ē,nec cū inimicis quidē, niſi cōtumelia ꝓpulſanda ſit.& in rebus neceſſarijs,aut paruis minime q̄rulus,aut alioꝝ opem implorās.nā id facere,hoīs eſt,q ea curet, & hēc concupiſcat. Idē honeſta,& vtilitatis nihil allatura citius quęrit , q̄ fructuoſa & vtilia.qd' facere eius eſt,cui oīa ſuppetāt,& nihil deſit.Et inceſſus Magnanimi tardus eſſe vr , vox grauis.locutio cū interuallis.nec.n. feſtinat q nō multa curat.nec in loquēdo incitatus ē,et vehemēs, contentio enim , et celeritas vocis properantis eſt , et in multis rebus implicati. Et talis quidem Magnanimus . Qui autem deficit puſillanimus.Qui exuperat,tumidus et inflatus. Non improbi tamen hi eſſe videantur.non enim malefici ſunt,ſed in errore uerſant' . et puſillanimus qdē bonis qbuſdā ſe ipſe defraudat, qbus dignus eſt.et malo quodā afficit' eo errore , ꝙ ſe ſuis bonis indignū putat.nec ſibi

ipſe notus eſt.appeteret enim quæ meretur, cum bona ſint. non ta=men ſtolidi huiuſmodi homines putandi,ſed timidi magis, & lenti. talis autem opinio ſui deteriores etiam eos reddere videtur.debet.n. quiſq; ſibi affectare pro dignitate.abſtinent igitur ab honeſtis actio nibus,& ſtudijs,quaſi indigni ſint.eodem modo & commoda,vtili=tateſq; dimittunt. Tumidi vero & inflati ſtolidi ſunt, nec ſe ipſi nouere,idq; aperte.tanq̃ enim digni ſint ad res pręclaras aggrediun tur,deinde ſtatim quales ſint apparet,& ueſte ꝑcioſa vtunt,inceſſũ ſibi componunt,& alia huiuſmodi. Tum volunt diuitias ſuas in ap to eſſe,& prędicant de ſe glorioſe,vt per hæc honorentur. opponi=tur autem Magnanimitati puſillanimitas,magis, q̃ tumor & infla=tio.nam & ſæpius accidit,& deterior eſt.Eſt igitur Magnanimitas in honore occupata magno. quemadmodum dictum eſt. Iam ve=ro & alia quædam uirtus ſe ſe offert. quę ita cum Magnanimitate comparetur,quemadmodum liberalitas cum magnificentia.ambę.n. à magnis quidẽ abſtinent:ad mediocria vero nos,vt decet, afficiũt. vt enim in danda & accipienda pecunia mediocritas eſt, & exupe=ratio,& defectio,ſic & in honoris appetitione,eſt & nimium, & parum.eſt & vnde petendus, & quemadmodum petendus. nam & ambitioſum vituperamus,vt qui magis,q̃ conueniat,& vnde nõ con ueniat,honorem petat.& honoris negligentem eodem modo, quip=pe qui nec ex honeſtis quidem,& egregijs factis curet honorari.Eſt cum & ambitioſum commendamus,vt animo uirili & eleganti. et honorem negligentem,vt modeſtum & temperatum.nam cum ſtu dioſus,& cupidus alicuius rei nunc quidem laudari, alias autem ui=tuperari ſoleat,conſtat idem eſſe iudicium de ambitioſo,qui ſit idẽ cum honoris cupido et ſtudioſo.Ambitioſus enim modo laudari cõ ſueuit,ꝙ honorem magis,q̃ pleriq; alij petat.modo vituperari,ꝙ id ſupra modum faciat.quod idem de eo,qui honorem negligat dici po teſt.nam & laudatur,qui imperia,magiſtratus,opes,& id genus a=

lia

lia,quę ad honores pertineant contemnat,et pro nihilo ducat,et idē
vituperari poteſt,ꝙ res praeclaras,et quę magnos uiros faciant , ne
gligat,et cum poſſit,conſequi,non curet.Cum vero huius affectio-
nis mediocritas non ſit nominata, uident' extrema quaſi de ſede va-
cua inter ſe contendere.In quibus autem eſt nimium et parū , in his
etiam mediocre eſt.atqui honores appetuntur et magis, et minus q̃
deceat.eſt igitur petere etiam ut deceat. Et laudatur habitus iſte no
mine vacans,in quo modus ineſt honorum petendorum.qui ſi cū am
bitione comparetur,honoris incuria uideatur.ſi cum honoris incu-
ria,reputetur ambitio.ſi cum vtriſq;,utrunq;. Hoc idem ineſſe vi-
detur et in cęteris uirtutibus. In hac autem extrema inter ſe opponi
uidentur eo,ꝙ mediocritas non nominata ſit . Manſuetudo autē
mediocritas eſt in ira.q̃q̃ huius affectionis mediocritas ipſa proprio
nomine caret,ut ferè etiam extrema. eam tamen manſuetudinē no-
minamus.quæ magis inclinat ad defectionem , quam lentitudinem
dicamus licet.exuperatio autem iracundia dicitur. affectus igitur i-
ſtę ira eſt.quæ autem iram exuſcitant,& commouent multa, et ua-
ria.Qui ergo iraſcatur iuſta de cauſa, et quibus cum perſonis con-
uenit,et ut conuenit,et quando,et quandiu conuenit,laudatur hic,uo
caturq; manſuetus.ſi quidem manſuetudo laudatur . huc enim ten-
dit manſuetus,vt quietus ſit,nec auferatur perturbationibus,et im-
petu,quaſi uento,animi concitato , uerum ut quibus in rebus conue-
niat,et quādiu ratio pręſcribat iraſcatur , et potius in eam partem
peccare uideatur,vt in iraſcendo deficiat. non enim ad uindictā pro
penſus eſt māſuetus,ſed potius ad ueniā procliuis.defectio autem,
ſiue lentitudo,ſiue alio nomine appelletur,uituperari ſolet. Nam q̄
non iraſcuntur quibus de rebus oporteat,ſtolidi eſſe videntur. eodē
modo qui non ut conuenit,et quando,et quibus cum oportet. nam hi
prorſus omni ſenſu propemodum carent,nec ulteres iniuriarum eſ-
ſe uidentur,qui non iraſcantur,et contumelias tollerare, et propin-

quos male acceptos negligere ſeruile ducitur. Exuperatio uero iræ oībus modis accidere pōt, et quibus cum non conueniat, et quibus in rebus nō oporteat. et magis, et citius, et diutius, q̄ conueniat. non tñ in vno ſimul oīa inerunt. nec enim fieri poſſet. malū enim ſe ipſum deſtruit. et ſi integrum ſit, et ſimul vniuerſum, intollerabile fit. Iracundi igitur cito incenduntur, et quibus cum non conuenit, et in quibus non oportet, et magis, q̄ oportet, et cito quoq; placātur. quod optimū eſt in ipſis. eo autem hoc illis accidit, ꝙ iram continere non poſſunt, ſed ſtatim viciſſim referunt, quod his doleat, quibus cum iraſcantur. hiq; aperti ſunt, ob ſubitum furorem. Maxime vero iracundi ſunt, quibus bilis abundat, et ad omnia, omniq; ex cauſa incenduntur. vnde vulgo bilioſi uocantur. Quos autem amaros vocamus, hi difficulter placantur, et diutius irati permanent. compreſſā enim intus continent iram, nec prius placantur, q̄ ſe vlti fuerint. etenim ultio tollit iram, voluptatemq; immittit pro dolore. hoc niſi contingat, quodam quaſi onere premuntur. quod cum non appereat, eos nullus leuare conatur. intus enim ira per ſe concoquatur oportet. ad quod opus eſt tempore. Tale autem hominum genus eſt tum ſibi moleſtiſſimum, tum amicis præcipue. Duros autem et agreſtes homines dicimus, qui, quibus in rebus non opus fuerit, ſęuiunt et magis, et diutius, q̄ conueniat, quiq; non placantur niſi ſupplicio ſumpto, aut multa. Manſuetudini vero exuperationem potius opponimus. eſt.n. frequentior. etenim natura procliuior eſt vnuſquiſque ad ulciſcendum. et difficiles, duriq; deteriores ſunt ad conuictum conſuetudinemq; agitandam. Quod autem ſupra diximus, ex his quoque patet. non enim facile eſt prefinire quomō, et quibus, et ex qua cauſa, et quamdiu iraſcendum, et quatenus quiſque recte agat, aut erret. qui enim paululum tranſgrediatur, non eſt in culpa, in utram partē declinet, ſiue ad nimium, ſiue ad parū. et nōnūq ēt deficientes laudamus, et mites māſuetoſq; dicimus. et alios ſeuiētes, ut uirili aīo cōmendamus,

mendamus, Idoneosq; ducimus ad imperādum. Quis igitur quantū, et quomodo tranſgrediens uituperari debeat, non facile eſt, oratione determinare. nam in rebus ſingulis, et in ſenſibus omne iudicium eſt. at illud tñ conſtat, mediocritatem huiuſmodi eſſe laudabilem, per quam iraſcamur, quibus iraſci conueniat, et quibus de rebus, et ut deceat, et omnia hęc talia. Exuperationes uero et defectiones ſunt dānandæ, idq; pro modo, quo utantur. nam ſi parum à medio receſſerint, leuiter increpādæ. ſin longius, grauius. ſin plurimū, adhuc uehementius. Conſtat igitur mediocritatem in oĩ habitu et affectione eſſe complectendam. et habitus quidem iracundiæ hactenus dicti ſunt. In conſuetudine autem et conuictu, itē orōnis et negotiorum cōmunione eſt genus quodam aſſentatorum, qui placendi ſtudio omnia laudant, nulla in re aduerſantes. qui quidem exiſtimāt his, quibus cum uerſentur, nullam à ſe moleſtiam exhiberi oportere. Ecce tibi alij cōtraria natura, ad oīa renitentes, moroſi quidam, et contentioſi, nihil pręcauentes, ne moleſti ſint. Non dubium igit̃, quin huiuſmodi habitus uituperētur. Is uero, qui mediocritatem teneat, laudatur. à quo æquo animo accipientur, quę accipi conueniat, et quemadmodum conueniat. eodem modo et improbabuntur. huic mediæ affectioni non eſt nomen impoſitum. Maxime autem ſimilis eſſe uidetur amicitię. talis enim eſt is, qui ſe in huius habitus mediocritate contineat, qualem uirum probum, et amicum dicere ſolemus. Sed tamen differt ab amicitia, quòd eſt ſine affectione, et dilectione eorum, quibus cum uerſatur. non enim ea cauſa ꝙ amet, aut oderit ſingula accipit, ut conuenit, ſed quia talis naturaliter eſt. Idem enim faciet ęque ad cognitos et incognitos, et familiares, et non familiares. in vnoquoque tamen ut cōgruit, non. n. idē cultus, aut pœna debetur familiaribus, et externis. ſummatim igitur dictum eſt, quòd in conſuetudine, et hominū commercijs ſe tractabit, ut conuenit. referens uero ad honeſtum, et utile cōſtituet, quomodo

eos,quibus cum erit,delectet, aut certe non offendat,cerni enim uidetur is in delectationibus et moleſtijs his,quæ in congreſſibus interueniunt,moderandis.nihil probabit igitur,aut improbabit ad aliorũ uoluptatem,ſi id ſibi damnoſum, aut non honeſtum fuerit,ſed ſtomachabitur,et odioſus potius eſſe ſuſtinebit.Quin ſi alius id faciat cum dedecore inſigni, aut detrimento,non audiet.ſed reprehendet, et obiurgabit, modo ne huiuſmodi ſeueritate ſumma hominis moleſtia conſequatur.Diſſimiliter uero aget cum principibus,et popularibus,et cum magis,aut minus familiaribus.eodem modo et in alijs,quæ diuerſa erunt,Seruabitq; in ſingulis decentiam.Cumq; ꝓpoſitum ſit eos,quibus cum uerſetur,delectare, et item cauere, ne quid moleſtus ſit,tñ in utriſq; faciet quod honeſtas,et utilitas ſuadebit.et gratia maioris cuiuſdam uoluptatis conſecuturæ,non uerebitur in aliquam cadere offenſionem. Mediocris igitur talis eſt. Cui non eſt nomen impoſitum.Ex his autem qui alios delectare ſtudeãt, qui quidem iucundus eſſe cupiat,nullam aliam ob cauſam, niſi ſtudio quodam placendi,blandus dicatur. Qui uero ob utilitatem aliq̃, aſſentator,ſiue adulator uocetur.At qui omnia carpat,nulliq; rei aſſentiatur,dictum iam eſt, hũc appellari aſperum,et contentioſum. Videntur autem extrema inter ſe opponi,eo, ꝙ medio non eſt nomen impoſitum. In hiſdem ferè eſt mediocritas inter arrogantiam,et oppoſitum alterum uitium.quæ et ipſa nomine caret. Non ab re autem fuerit et hæc huiuſmodi percurrere. nam ſingulis pertractatis,magis erunt in promptu,quæ ad mores pertinebunt.uirtuteſq; ipſas in mediocritate conſiſtere facilius credemus, ſi in unaquaq; ita ſe habere cognouerimus. qui igitur in conuictu placẽdi ſtudio ducantur,quiq; cõtra omnibus aduerſentur,hactenus dicti ſunt. De ueracibus uero et mendacibus ęque in factis, et dictis deinceps dicamus. Videtur autem is arrogans eſſe, qui ſibi res pręclaras et dignas uendicet,et attribuat, quę partim nullæ ſint, partim multo

minores,

minores,q̃ prędicet. Contra vero diſſimulator, occultare bona ſua, aut ea minora facere. Medius vero inter hos interiectus in oĩ re liber, ſimplex & apertus tã vita, q̃ oratione uerax, quæ in ipſo fuerint, ineſſe confitetur. eaq; neq; maiora, neq; minora facit oratione. Eſt vero, hæc ſingula alicuius, & nullius rei gratia facere. qualis autem quiſq; eſt, talia & dicit & agit, et ſic uiuit, niſi præter naturam ſuam alicuius rei gratia aliquid, aut dicat, aut faciat. Mendacium igitur per ſe malum, & vituperandum, veritas autem honeſta, & laudanda. Sicq; verax inter hæc medius laudabilis eſt, mentientes vero ambo ſunt in colpa, ſed magis arrogans. De vtriſq; autem dicemus, ſi prius de verace, qualis ſit oſtenderimus. nec hoc loco de eo agimus, qui pacta & promiſſa facit, & alia, quæcunq; ad iuſtitiam pertinent. hęc enim ſunt alterius generis virtutis, ſed de eo, q nulla re huiuſmodi interueniente, in ſermone tamen, & vita, ea cauſa eſt verax, quia habitu, & affectione, & vſu eſt ad veritatem propenſus. Videtur autem huiuſmodi vir ęquus etiam & bonus eſſe, nam eſt veritatis amator, & qui quibus in rebus nihil referat, tamen verum dicit, is multo etiam magis in quibus aliquid referat, vera dicet. mendaciumq;, vt rem turpem, cauebit, qui prius etiam per ſe, nulla culpę meditatione caueba. Quin citius quę erunt vera diminuet, q̃ augebit. eſt enim hoc modeſtius, odioſæq; magis ſunt exuperationes. Qui autem nullius rei gratia maiora veris effingat, improbo quidem ſimilis eſſe videtur, nec enim mẽdacijs delectaretur, ſed tamen ſtolidus & vanus habendus potius, q̃ malus. ſin id aliqua de cauſa faciat, qui quidem gloriæ, aut honoris gratia faciat, non admodũ uituperandus, nec magis, q̃ vt arrogans, & iactans, qui vero pecuniæ, aut eorum, quę ad pecuniam pertinent, deterior & turpior hic habendus. Non in eo autem cernitur arrogans, ꝙ poteſtatem habeat, ſibi quæ velit arrogandi, ſed habitu quidem, & vſu, & quia talis ſit, arrogans eſt, quemadmodum & mendax, alius quidem men-

*dacio ipſo gaudens, alius autem gloriæ appetens, aut lucri. qui igitur
gloriæ gratia ſe iactant, huiuſmodi quędam ſibi effingunt, ex quibus
laudentur & magnificentur. Qui vero lucrum ſecuntur, ea ſe habe
re ſimulant, quorum vſus etiam ad vicinos pertineat, & quę non fa
cile ficta eſſe redargui poſſint, vt medicinam, & diuinationem re-
rum futurarum, quæ, & alia huiuſmodi plęriq; ſibi tribuunt, & ha
bere iactant, quia non facile redarguuntur. nam non foris apparent,
ſed in illis incluſa continentur. Diſſimulatores vero, hi, qui omnia
minora fingũt, feſtiuiores eſſe videntur. non. n. quęſtus gratia id fa
ciunt, ſed potius vt moleſtiam fugiant. Maxime vero ſi quod illu-
ſtre, & laudibus dignum in eis fuerit, id diſſimulare conſueuerunt,
id, quod Socrates faciebat. Sed qui exigua, eademq; omnibus aper-
ta ſibi uendicant, & ſe his delectari ſimulant, hi non tam modeſti, ꝗ̃
malicioſi habentur, & ob id facile contemnuntur. & nõnunꝗ̃ huiuſmo
di diſſimulatio, arrogãtia eſſe videtur, vt in laconũ veſte ferebatur.
Nã & exuperatio, & extrema extenuatio iactantiã redolet & arro
gantiã. Sed ꝗ diſſimulatione moderate vtuntur, & nec aperta admo-
dũ, & añ oculos poſita diſſimulãt, hi elegãtes habent. opponitur aũt
arrogans, ſimplici & veraci, Nã id uitiũ deterius eſt diſſimulatio-
ne. Cũ ſit autem aliqñ requies in vita, tempusq; vacuũ à negotijs,
in eoq; ſermones & colloquia rerũ lætiorũ, videtur & hic conuer-
ſatio quædã ineſſe elegans, & iuſta, certusq; modus in rebus dicen-
dis & audiendis. refert aũt apud quos ſermo habeatur, & qui audiã
tur. cõſtat. n. & in his exuperationẽ ineſſe, & defectionẽ à medio-
critate. Qui igitur in ridiculis exuperãt ſcurrę vidẽtur eſſe, & im-
portuni, cupidi oĩno ridiculorũ, ꝗbus magis ſit curæ, q̃uo riſum mo-
ueãt, ꝗ̃ vt honeſte loquãtur, & ſocijs nõ moleſti ſint. Qui ãt neq; ip-
ſi ridicula dicũt, & alijs dicẽtibus iraſcũtur, ruſtici ꝗdam, duri, &
agreſtes eſſe vidẽtur. moderate vero, et cõcinne iocãtes ſalſi et face
ti nominãtur. nã motiones huiuſmodi moris eſſe apparẽt. quẽadmo-*

dum vero corpora ex motibus & agitationibus iudicãtur, ſic et mores ipſi. Cũ uero ſint ridicula plauſibilia, et plerisq; iocis, et facetiis plus æquo delectẽtur, ſcurræ quoq; faceti et ſalſi nominãtur, ſed ꝙ plurimũ differãt ex ãdictis manifeſtũ eſt. Huic vero affectioni ꝓpinqua ẽ vrbanitas et elegãtia. eſt.n. urbani, ea dicere, et audire, quæ viro ꝓbo, et ingenuo cõueniãt. ſunt.n. quædã, quæ hũc deceat dicere et audire. nec idẽ iocus eſt ingenuæ, et ſeruilis cõditionis, nec docti, et ĩdocti. qḋ ex comedia ẽt ueteri, et noua cognoſcere licet. in illa.n. turpitudo ridebatur, in hac vero ſuſpicio potius turpitudinis grata eſt. differunt vero nõ parũ hęc ad honeſtatem. Vtrũ igitur is faceetus ſ dicẽdus, qui ea dicat, quę uiro ingenuo, et liberali cõueniant, an q auditoribus nõ moleſtus ſit, an q eos ẽt delectet? an potius hoc determinari non põt? Aliud.n. aliy iucundũ, et odioſum. ex quo fit vt quo quiſpiã delectet, id ẽt libenter audiat, videtur.n. ea eſſe facturus, q̃ ſuſtinet audire. atq non oĩa faciet is, quẽ facetum fingimus, nec audiet igitur. nã eſt ſcurrilis dicacitas, conuiciũ, et exprobratio quędã. at leges cõuicia facere vetãt, et par fortaſſe fuerat, vt ſcurrilẽ quoq; iocũ probiberẽt. Elegãs igitur et ingenuus in iocãdo ita ſibi temperabit, vt meminerit ipſum ſibi quaſi legẽ eſſe. Et huiuſmodi qdẽ eſt, q in iſta affectione mediocritatẽ ſequat', ſiue facetũ, ſiue vrbanũ appellari libeat. Scurra aũt ridiculũ cõtinere nõ poteſt, nec ſibimet ipſi, nec alyis parcens, mõ riſum mouere poſſit. multaq; huiuſmodi dicit quorꝫ nihil elegantes et vrbani dicerent, ac ne oĩno quidẽ audire ſuſtinerẽt. at vero ruſticus, et agreſtis in huiuſmodi conuerſationibus inutilis ẽ. nihil.n. ipſe iucũdi afferẽs alyis moleſtiã exhibet. remiſſio vero, et luſus ĩ vita neceſſarius eſſe uĩ. Tres ſunt igit' mediocritates adhibẽdę ĩ uita degẽda, ĩ dictorꝫ et factorꝫ quoriudã cõicatione. Differũt vero, ꝙ vna ĩ veritate, reliqua in iucũditate. Quarũ altera in luſionibus eſt, et iocis, altera in reliquo vitę congreſſu. De verecũdia ãt, ut de aliqua virtute, dicere nihil attinet. affectus.n. magis eſſe vĩ, q̃ habitus. Diffiniũt igit' ſic verecũdiã, vt ſi timor qdam

infamiæ. fit autem ferè eodem modo, quo timor, in periculis, ſed in eo differunt, ꝙ erubeſcunt qui verecundia afficiuntur. qui vero mortem timeāt, impaleſcunt. Vtrunq; igitur ad corpus quodammodo ꝑtinere videtur. quod quidem affectus magis, q̃ habitus eſſe uidetur. Non cuilibet autem ętati affectus iſte conuenit, ſed iuuenili tm̄. exiſtimamus. n. id ętatis homines verecondos eſſe oportere, ea de cauſa, ꝙ affectus ſequentes multa peccant, niſi detineat verecundia. Et laudamus quidem iuuenes verecundos. Senem vero nemo laudaret, ꝙ verecundia affici ſoleret. nihil. n. arbitrantur ipſum facere oportere, quod poſtea feciſſe pudeat. nec probi viri eſt pudere. ſi quidem ex malis oritur pudor. nec talia in ſe admittenda ſunt. nec differt veritate ne ipſa turpia ſint, an opinione. neutra. n. admittenda. Quare non eſt omnino pudendum, cum improbi ſit agere aliquid turpiter, abſurdum eſt enim ſic quempiam eſſe affectum, vt ſi quid tale admittat, erubeſcat, & ob hoc probus exiſtimari velit. eſt. n. uerecundia in rebus voluntarijs, probus autem ſponte nunq̃ turpiter aget. non probatur igitur verecundia, niſi cum huiuſmodi conditione, puderet me iſta facere, ſed non eſt inter virtutes. Quòd ſi impudētia, itemq; non pudere turpia admittentem, uitium, nihilo magis talia agentem pudere uirtus erit, ſed neq; continentia uirtus habetur, ſed eſt quodam ex affectu & uirtute concretum. dicetur autem & de ipſa in ſequentibus libris. Nunc uero ad iuſtitiam tranſeundum.

FINIS QVARTI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER QVINTVS.

DE Iuſtitia deinceps & iniuſtitia cõſiderandum eſt, in quibus ſint actionibus: & cuiuſmodi mediocritas iuſtitia. & ipſum iuſtum, quorum nam medium ſit. procedat autem huiuſmodi rei tractatio eadem uia, quæ in ſuperioribus adbibita eſt. Videmus igitur ab omnibus iuſtitiam huiuſmodi habitum nominari, quo ad iuſta peragenda idonei reddantur, quo'ue iuſta agant, & iuſta ſequantur. Eodem modo & de iniuſtitia, habitum eſſe eam, quo iniuriam faciant, & iniuſte factis ducãtur. Principio itaq; de his ſummatim hoc modo dictum ſit. Non eſt autem eadem ratio in ſcientijs, & facultatibus, qui & in habitu. facultas enim & ſcientia uidetur eadẽ eſſe contrariorum. In habitu uero non agit unum contrarium id, quod ſit alterius. non enim à ualetudine proueniunt quæ ad morbũ pertineant, ſed tantummodo ſalubria. dicimus enim quempiam recte incedere, cum incedit ut recte ualens. Sæpius uero contrarius habitus ex contrario deprehenditur. ſæpius etiam habitus ex ſubiectis ſibi rebus cognoſcitur. nam ſi firma affectio corporis cognita fuerit, & infirma cognoſcitur. Et ex his, quę firmam pariunt affectionem, depræhenditur ipſa firma affectio. uiciſſimq; ex hac, quæ ad firmam faciunt corporis conſtitutionem. ſi enim firma affectio corporis compreſſio eſt & denſitas carnis, & infirmam affectionẽ, molitudinem carnis & raritatem eſſe neceſſe eſt. & quod bonã affectionem inducat id eſſe, quod carnis faciat denſitatem. Conſequit

autem plerunq;,vt in contrarijs,ſi unũ multis modis dicatur, alterũ
quoq; plura ſignificet.ut ſi iuſtũ multiplex ſit,et iniuſtũ eodem mo
do.Atqui multis modis dici uidetur iuſtitia, et iniuſtitia,uerum qa
id eſt in rebus proquinquis ac finitimis,non ita manifeſta eſt notio
multiplex nominis,ut in longius diſiunctis.quę enim ſpecie diſtingũ
tur,ea plurimum differũt,ut notio clauis cum ſit duplex in his eſt,
quę ſpecie diſtinguntur.eſt enim in animalibus ſubter collum clauis,
et eſt clauis,qua portæ concluduntur.Conſideremus igitur de iniu-
ſto,quot modis dicat, uidetur autem iniuſtus is eſſe, qui et contra
leges facit, et qui plus ęquo ſibi expetit,et qui iniquus eſt. Ita per-
ſpicuum eſt,iuſtum eſſe eum,qui et legibus obtemperat, et qui æ-
quus eſt.Eſt igitur iuſtum idem, quod æquum et quod ſecundum le-
ges eſt,Iniuſtum autem,quod contra leges,et quod iniquum. Qm̃
uero et qui plus ęquo ſibi expetit iniuſts eſt, circa bona quidem uer-
ſabitur,uerum non omnia,ſed ea de quibus proſpera,ſi adſint, uel
aduerſa,ſi abſint,fortuna nominatur. quę quidẽ abſolute bona ſunt
ſemper,alicui uero,non ſemper.Homines autem illa exoptant et ap
petunt contra,q̃ deceat.precãdum eſt enim quę bona abſolute ſint,
ut ſibi bona ſint,ea autem expetenda,quę bona ſint.Iniuſtus uero nõ
ſemper quod plus eſt expetit, uerum aliquando quod eſt minus, ue-
lut in his,quę abſolnte mala ſunt.verum quia minus malum,bonum
quodammodo eſſe uidetur,et plus ęquo ſibi appetens bonum expe-
tit, ob eam cauſam etiam qui minus malum expetit, plus æ-
quo ſibi appetere uidetur.uerũ eſt iniquus.quod commune eſt,et la-
tius patet.Iniquum enim,quod dicitur quaſi inæquabile, plus et mi-
nus cõtinet.Et leges etiã uiolat.leges ãt uiolare,et iniquũ eſſe latius
patent,oẽmq; iniuſtitiã cõplectitur. Qm̃ uero q contra leges a-
git,iniuſtus eſt,q uero eas obſeruat,iuſtus, pſpicuum eſt oĩa legiti-
ma eſſe quodãmodo iuſta.quę.n. à legis latore cõſtituta ſunt, legiti-
ma habentur, et horũ unũ quodq; iuſtũ eſſe ducimus. Leges aũt de

omnibus

oībus pcipiunt, reſpectū habentes ad cōmunē oīum utilitatem, aut optimoꝝ, aut corꝝ, qui uirtute, aut alio mō cęteris antecellunt. Quo circa uno quidem mō iuſta nominamus, quę faciunt ad cōparationē et conſeruationē fęlicitatis, aut eius cuiuſpiam partis, in ciuili ſocietate et cōmunione. præſcribit. n. lex et forti uiro munus ſuum, ut ne quis ſtationem et pſidiū relinquat, ne ue fugiat, ne arma abyciat. et tēperanti, cū prohibet adulteria, et mutuas cōtumelias. et miti clemētiq; ſuas aſſignat partes, ut ne quem uerberet, ne maledicat. eodem modo et in alijs uirtutibus, et uitijs: dum illas quid exerceri iubet, hęc uero prohibet. ſalutaris enim et recta lex eſt, quæ recte poſita eſt, deterior autem, quæ inconſultius lata. Hęc igitur iuſtitia uirtus eſt perfecta, non abſolute et omnino, ſed cum ad alterius utilitatem referatur et commoda. et hac ratione iuſtitia optima omnium uirtutū multis nominibus habetur: et ut eſt in pꝛouerbio, neq; heſperus, nec lucifer ſic admirabilis eſt. in iuſtitia enim ſummatim omnes uirtutes continentur. et iccirco perfecta maxime habetur, ꝙ ſit uſus perfectę uirtutis, iterumq; perfecta eſt, ꝙ qui ea prędıtus ſit, etiam erga aliū uti illa ualet, nō mō ipſe ſecum. pleriq; enim in proprijs quidem rebus iuſtitiam ſeruare poſſunt, in his autem, quas cum altero contrahant, non poſſunt. Quo circa ſcitum uidetur eſſe illud Biantis elogium, magiſtratum uirum oſtendere. foris enim in aliorum rem, et in communem ſocietatem iam magiſtratus agit. et propter hoc ipſum ſola iuſtitia ex omnibus uirtutibus alienum bonum eſſe uidetur, quod ad aliorū commoda referatur. in alium. n. ſiue principem, ſiue rēpublicā confert utilitates. ac teterrimus quidē, q et in ſe, et in amicos improbus fuerit; optimus āt non q erga ſeipſum uirtutē exercet, ſed erga alterum. hoc. n. opus, hic labor eſt. ipſa igitur iuſtitia nō pars eſt uirtutis, ſed uniuerſa uirtus, neq; et oppoſita iniuſtitia pars uitioſitatis, ſed integra uicioſitas. Quid autem inter ſe differant uirtus et iuſtitia ipſa, ex his, quæ ſupra diximus

perſpicuum eſt. re enim & ſubiectio idem ſunt, ſed ratione diſtinguntur. nam uirtus ea ratione, qua refertur ad alterum, & in cõmune agit iuſtitia eſt, qua uero habitus eſt, abſolute uirtus nominatur.

Iuſtitiam autem quærimus eam, quę uirtutis pars eſt. et enim, ut antea diximus, eſt aliqua huiuſmodi. eodem modo & de iniuſtitia, de ea inueſtigamus, quę pars eſt uitioſitatis. Quòd autem ſit huiuſmodi aliqua, ex eo intelligi poteſt, ꝙ qui alia in ſe flagitia admittit, peccat ille quidem, non tamen ꝙ plus ęquo ſibi appetat, vt clipeum proijcere, timiditatis uitium eſt: maledicere, acerbitatis: non iuuare pecunia, illiberalitatis. Cum uero ſæpius plus ęquo ſibi quiſpiam expetat, nullo huiuſmodi uitio peccat, atqui nec ſimul omnibus, & tamen aliquo flagitio ſe obſtringit, & iniuſtitia condemnatur. eſt igitur alia quædam iniuſtitia, pars communis iniuſtitiæ. & aliquod iniuſtum, pars totius iniuſti, eius, quo cõtra leges fit. pręterea ſi quis lucri gratia faciat adulterium, & inde precium capiat: alius uero hoc idem ſequatur cum damno ſuo, mercedem etiam exhibẽs ultro propter libidinem, hic quidem intemperans nominetur, potius q̃ auarus, ille uero iniuſtus magis, q̃ intemperans, quippe qui peccet propter lucrum. Quid? Quòd omnia peccata referuntur ad aliquod certum uitium, uelut adulterium, ad intemperantiam: derelictio ſocij in periculis, ad timiditatem. pulſationes, ad iram. turpe uero lucrum nullius alterius uitij eſt, præterquam iniuſtitię. Quare perſpicuum eſt, eſſe aliam quandam iniuſtitiam, partem totius iniuſtitiæ, quę cũ ſit alia, eodem tamen nomine appellatur, earumq; deſcriptiones in eodem ſunt genere, utriuſq; enim uis eſt, ut ſint contra alterũ. Verum iniuſtitia quæ pars eſt, honorem ſequitur, aut pecuniam, aut periculorum fugam, aut lucri uoluptatem, aut ſi quid eſt, quo omnia hæc talia comprehendi poſſint. uniuerſa autem iniuria in omnibus uerſatur his, in quibus & uir bonus contrario modo. Quòd igitur ſint iniuſtitię plures, et ꝙ eſt alia quædam præter generalem habe

ru s

nus patefactum eſt. Sed quæ nam, & qualis eſt iſta, deinceps videamus. Dictum eſt antea id eſſe iniuſtum, quod contra leges eſt, & quod inæquabile, iuſtum vero, quod legitimum, & quod æquabile. In eo igitur quod contra leges fit, eſt ea iniuſtitia generalis, de qua prius diximus. Quoniam vero inequabile, & id, quod cōtra leges fit, diuerſa ſunt, & differunt inter ſe, ut pars, & totum, omne enim inæquabile etiam contra leges eſt, quod autem coutra leges, non omne inæquabile, quemadmodum plus, omne inæquabile eſt, quod autē inæquabile, non omne etiam plus eſt, Hæc cum ita ſint, & iniuſtum & iniuſtitia, de quibus deinceps agetur, non eadem erunt cum ſuperioribus iniuſto & iniuſtitia, ſed illa quidem vt partes, hæc vero, vt vniuerſa, pars enim eſt iniuſtitia hęc, de qua agere inſtituimus, totius iniuſtitię, eodem modo & iuſtitia pars totius iuſtitiæ. Quare de iuſtitia, & iniuſtitia his, quę partes ſunt, nunc agendum erit, & eodem modo de iuſto & iniuſto. Iuſtitia igitur & iniuſtitia, quæ ſunt vniuerſæ virtutis, & uitioſitatis, in quarū altera generalis virtutis, in altera uitij cernitur vſus aduerſus alterum in pręſentia dimittantur, iuſtum quoq;, & iniuſtum, quę ex eis ducuntur perſpicuū eſt, qua ratione diffinienda. pleraq; enim iura legitima ab vniuerſa virtute ducuntur. ad normam enim cuiuſq; uirtutis iubet lex vitam degere, itidemq; ab vitijs abſterret. Efficientia vero totius uirtutis ea ſunt, quæ ad communem diſciplinam & inſtitutionem legibus ſancita continentur. De priuata vero ſingulorum diſciplina, ex qua uiri boni nominantur, vtrum ad ciuilem rationem pertineat, an ſit alterius conſtituere facultatis, alio loco determinabitur, non.n. fortaſſe ſatis conſtet, idem ne vir bonus habendus, qui & ciuis bonus.

Definitæ autem iuſtitię, & eius, quod ab ea ducitur, iuſti, vna quidem ſpecies eſt in diſtributione honoris, aut pecuniæ, aut aliarū rerum, quę diuiduntur inter eos, qui ſunt eiuſdem ciuitatis, etenim in iis eſt ęquabile, & inæquabile, poteſtq; alter altero habere plus,

& minus.alia vero ſpecies in rebus cõtrahendis,cuius duę partes.nã contractus partim ſunt voluntary,partim non uoluntarij.& voluntarij quidem ſunt,ut emptio,venditio,fœneratio,fideiuſſio,commodatum,depoſitum,conductum,quę ideo uoluntaria dicuntur, ꝙ iniciũ horum commerciorum à uoluntate proficiſcitur.Eorum uero,quæ non ſunt voluntaria,alia clandeſtina ſunt,vt furtum,adulterium,veneficium,ſeductio,falſa teſtimonia,et alia huiuſmodi.alia uiolentã, ut uerberatio,uincula,mors,direptio,mutilatio,conuiciũ,contumelia.Q͞m vero & iniuſtus inęquabilis,& iniuſtum inęquabile, perſpicuum eſt, & medium quodam eſſe inęquabilium, quod nihil aliud eſt,q̃ quod eſt ęquabile. In quacunq; autem actione eſt plus, & minus,in eadem ęquabile ẽt eſt. ſi igitur iniuſtum inæquabile,& iuſtũ æquabile erit,quod ẽt ſine ratione ꝓſpicuum omnibus eſt.Q͞m vero æquabile medium eſt inter plus, & minus, & iuſtũ medium quodã erit.eſt autem æquabile,ut in pauciſſimis ſit in duobus. neceſſe eſt igitur iuſtum & medium eſſe,& æquabile, & ad aliquid referri, & aliquibus eſſe iuſtum,et quia medium ſit,aliquorum eſſe mediũ. hæc autem ſunt illa extrema,quorum alterum plus ęquo eſt, alterũ minus.quatenus autem æquabile eſt, in duabus rebus ſit neceſſe eſt, ſi quidem inter ſe ęquabiles futurę ſunt.Qua ratione vero eſt iuſtũ, aliquibus iuſtum ſit oportet.iuſtũ igitur in quatuor,minimũ,reperietur.nam & quibus iuſte fit,duo ſunt,& res itẽ duę,in quibus æquabilitas eſſe dicitur,& eadem eſt ęquabilitas in hominibus, & rebus ipſis.ut enim ſe res habent inter ſe,ſic & homines, qui niſi pares fuerint,non ęqualia ferent. ſed hinc querellę & certamina exoriri ſolent,quando pares non paria ferunt,aut non pares,paria.Hoc ita ſe habere indicat id, quod pro cuiuſq; dignitate tribui ſolet,Iuſtum enim in diuiſiõe pro dignitate quadam eſſe oportere omnes conſentiunt.De dignitate vero,quæ nam ea ſit,non cõuenit inter omnes. Nam qui in ſtatu populari degunt,libertatem eſſe volunt, ubi uero

pauci

pauci dominãtur, alij diuitias, alij nobilitatem. optimates uero, uirtutem. Conſtat igitur iuſtum proportione quadam. ea dicitur græce anologia, & anologum, quod proportione conſtat. quibus verbis utemur, tanq̃ receptis, cũ opus fuerit. Et proportio quidem non innumeris tm̃ reperitur, ſed in rebus etiã, & in his oĩbus, quæ numeris menſurantur. nec aliud quicq̃ eſt proportio, q̃ æquabilitas rationum. eaq; quatuor numeris, aut numeratis rebus, non paucioribus continetur. ac de diſiuncta quidem, qđ ſit ex quatuor, patet. ſicut enim ſe habent tria ad ſex, ſic quatuor ad octo. Verum idem eſt & in coniuncta. vno enim ut duobus vtitur, Idq; bis numerat. vt quemadmodum ſe habet primum ad ſecumdum, ſic ſecundum ad tertium. bis igitur ſecundum ſumitur, quare cum ſecundũ bis numeretur; quatuor erunt, quę proportionem contineant. Cernitur autem & iuſtum in quatuor. nec põt eſſe in paucioribus. eademq; ratio eſt, quæ proportionis. diuidit. n. in eos, quibus iuſte fit, & res, quæ inter illos diſtribuuntur. erit igitur vt primum ad ſecundum, ſcilicet vt hõ ad hominem, ſic tertium ad quartum, res ad rem. viciſſimq; ut primum ad tertium, homo ad rem, ſic ſecundum ad quartum, itidem homo ad rem. quare & totum ad totum. hõ ſcilicet cum re ſimul, ad hominem cũ re ſimul, quorũ eadẽ erit proportio, q̃ & primi ad ſecũdũ, et tertij ad quartũ. q̃ quidẽ diſtributio cõiungit. & ſi hac rõne cõferant, recte cõiungit. Primi igitur cũ tertio id eſt hoĩs cũ re, et ſecundi cum quarto, itidẽ hominis cũ re cõiunctione, iuſtũ id cernitur, qđ diſtributione continetur. Et iuſtũ quidẽ mediũ eſt eorũ, quę caret ꝓportione. analogũ. n. mediũ eſt. et iuſtũ mediũ analogũ. vt aũt q̃ ſuperius dicta ſunt, facilius ĩtelligãt, ſit diurni laboris merces qnq; oboli. opuſq; fecerit, vnus qdẽ qnq; dies, alter vero, tres. hic qdẽ qndecim feret, alter vero. xxv. ut igit̃. v, dies ad. iij. ſic oboli xxv ad xv. et ꝑmutatim, ut. v dies ad xxv obolos, ſic iij ad xv. quare et totum ad totum. totum aũt intelligitur, dies cum mercede. Iunctis igitur diebus. v. ad obolos

xxv, conficiunt xxx diebus uero tribus ad xv obolos, erunt xviij. q̄ proportio eſt igitur dierum quinq; ad tres, et obolorum xxv ad xv, ea eſt totius ad totum id eſt xxx ad xviij. huiuſmodi vero proportionem mathematici uocant geometricam, in qua contingit totum ſe habere ad totum, ut utrunq; ad utrunq;, ut paulo ante dictũ eſt. hæc autem proportio coniuncta eſſe non poteſt. non enim eſt unum & idem quod diuidatur, & id, cui quod diuiſum ſit, detur. hoc igitur iuſtum proportione conſtat. Iniuſto vero proportio non ineſt. eſtq; aliud plus, aliud minus, id quod in actionibus uidere licet. nam q̄ iniuriam facit, plus habet boni. cui uero fit iniuria, minus. contra uero in malo. leuius enim malum boni rationem obtinet, ſi cum maiore malo cõferatur. eſt enim minus malum potius ſumendum, q̄ maius. quod autem ſumendum bonum eſt. eoq; magis expetendum, quo maius bonum fuerit. Vna igitur ſpecies iuris hæc eſt. Eſt & alia ab hac diuerſa, quæ in contractis rebus cernitur corrigendis, hiſq; voluntarijs & non voluntarijs. Illud enim ius, quod publica diuidit. eam, quam modo diximus, retinet proportionem. nam ſi publicæ pecunię diſtributio fiat, id efficietur pro ratione, quam inter ſe habent ea, quæ in commune collata fuerint ſiue pecuniæ, ſiue opera. Iniuſtumq; huic iuſto contrarium recedit ab illa proportione. Iuſtum ãt quod in commertijs cernitur æquale quidem eſt, & iniuſtum inæquale, ſed non ex prędicta, verum ex arithmetica proportione. nihil enim intereſt, bonus ne malum defraudauerit, an contra malus, bonum. adulteriumue fecerit probus, an improbus. Verum ad iniurię differentiam tantummodo reſpicit lex, et pro æqualibus utitur, cum vnus quidem iniuriam fecerit, alter vero iniuria affectus fuerit. & vnus quidem læſerit, alter vero ſit lęſus. Quare iniuſtum huiuſmodi, cum inæquale ſit, conatur iudex æquare. nam cum hic quidem percuſſerit, aut etiam interfecerit, ille uero percuſſus fuerit, aut interierit, iam huc quidem eſt illata iniuria, inde uero iniurię illatio, quę

cum

cum inæqualia inter ſe ſint, ea iudex ęquare conatur, damnum dando, & de lucro auferendo. Ita enim ſummatim dicuntur iniuria illata, & illatio ipſa. nam quamuis in aliquibus minus ideonea uideant, ut in percutiente, lucrum, in percuſſo, damnum, tamen quando illata iniuria menſurata fuerit, vocatur illa quidem damnum, illatio uero ipſa, lucrum. Quam ob rem id, quo nimium & parum coæquantur medium eſt. lucrum autem & damnum utrunq; tum nimium, tum minus habere dicitur. lucrum quidem plus boni & minus mali, damnum vero contrario modo, plus mali & boni minus. Quorum medium eſt id, quod neq; plus, neq; minus, ſed ęquale eſt, quod dicimus eſſe iuſtū. Quapropter illud iuſtum, quod ad emendandum adhibetur, inter damnum & lucrum interiectum eſt. Et iccirco cum de aliqua re controuerſia eſt, ad iudicem confugiunt. ad iudicem uero ire, eſt ad iuſtum ire. eſt enim iudex quaſi animatum ius. et quęrunt iudicem medium inter ſuas controuerſias, tanquam ius ſuum obtenturi, ſi medium adepti fuerint. Medium igitur quodā ius eſt, ſi quidem & iudex. Iudex autem quod minus eſt & nimium inter ſe coæquat. nam verbi cauſa, vt in linea non ęque diuiſa, id quo pars maior plus dimidio eſt, adimitur ab ea, & minori additur, quo pares fiant, ſic quod de lucro demitur, additur dāno, quoad inter ſe æqualia fiant. Qñ vero totū bifariam diuiſum fuerit, tunc partem ſuā ſe habere putāt, ſi dimidium ceperint. Aequum autem medium eſt inter plus & minus arithmetica proportione. Nam ſi fuerint duo inter ſe paria, ab vnoq; quātuis pars auferatur, quę alteri addatur, id, cui addita fuerit, excellet alterum ea ablata, et altera tanta. Quod ſi auferatur quidem, non etiam illi addatur, vna tantum parte, quanta erit adempta, ſuperabit. Et medium igitur quod inter duo illa paria interponatur ab eodem, quod erit actum, vna parte ſuperabitur, mediumq; ipſum eadem parte, eo qđ diminutum fuerit maius erit. Hoc igitur medio cognoſcemus, quid auferendum ab eo, quod plus,

habebit, et quid addendum ei, quod minus. Quo enim medium prominet; hoc addendum eſt minus habenti. quo vero ſuperatur, id de maximo demendum erit. Sint ęquales inter ſe lineæ A A. B B. C C. et ex A A dematur. A E. et addatur ad. C C. ſitq́; id. C D. Quare tota. D C C. eam partem, quæ eſt. E A. ſuperabit duabus partibus ſcilicet. C D. et C F. lineam autem. B B. vna tantum parte excedet videlicet. C D.

A E A

B B

C F C D

Eſt aũt hoc in cæteris quoq; artibus. quę tollantur oĩno, niſi pro rata parte laboris, et pręmij et accipiatur, et opera pſtetur. Sunt uero nomina hęc, lucrũ et dãnũ ex uolunterijs hominũ inter ſe contractibus, nam vendẽdo, emendo, pmutãdo, et alijs, q̃ ſunt pmiſſa legibus exercẽdis, ſi quis mõ plus habeat, q̃ prius habuerit, dicit lucratus eſſe, ſi vero minus, dãnum feciſſe. ſin neq; plus, neq; minus habuerint, ſed in ſorte pmanſerint, tũc ſua quiſq; hr̃e dicitur, et neq; lucratus eſſe, nec iacturã feciſſe. quare lucri cuiuſdã, et dãni medium eſt iuſtum. quod ab inuito quaſi extorquetur. Idq́; eſt ius ſuũ obtinere, et ęquam partẽ auferre, cum iudice iubente cogitur qđ quis plus æquo abſtulerit, reſtituere defraudato. Videtur ẽt quibuſdam ſi par pari referatur, abſolute iuſtũ eſſe, vt ſi quis quẽpiam vulnere afficiat, viciſſimq́; idẽ ipſe eodẽ genere vulneris afficiatur, id ęquum eſſe exiſtimant. diciturq́; id vulgo pœna Talionis. Quæ ſententia fuit Pithagoreoꝝ, qui iuſtum ita diffiniebant, vt eſſet eadem pati, quę ipſe in alterum feceris. Verum hoc huiuſmodi ius non congruit neq; cum

eo iure,

eo iure,quod cuiq; pro merito diſtribuit,nec cum eo,quod facta corrigit,vindicat'q;:quamuis a Radamante id ipſum deſignari velint, cũ ait,ſi quis afficiatur,ut affecit ipſe,id eſſe ius æquum . Sed hoc multis noĩbus abſurdum eſt.nam ſi quempiam magiſtratus pulſauerit,non meretur vt viciſſim ęque pulſetur.ſi uer o magiſtratum priuatus,non ſufficit pœna talionis,ſed ultra aliquid addendum. Pręterea uoluntarium et non uoluntarium differunt inter ſe plurimum . et magni refert,vtrum quis ſponte , an inuitus et imprudens quippiam admiſerit. Quin etiam in commutatione officiorum ualet hoc ius,quod mutuo pariq; continetur , ſi tamen proportione,non ęqualitate ſumatur.conſeruantur enim et durant ciuitates tum , cũ hinc inde paria fiant,idq; proportione . aut enim acceptas iniurias uindicare uolunt:quod ſi non detur, inſtar mortis exiſtimant , non poſſe inimicis paria referre , aut pro meritis ſibi reſponderi expectant, quod niſi fiat, permutatio tollitur officiorum , qua ſocietas hominũ et communitas continetur. Iccirco gratiarum templum in loco celebri urbis conſtituitur,ut remuneratio frequentetur.ea enim propria eſt collatę gratiæ,remetiendum'q; eſt beneficium ei,qui prius contulerit,et uiciſſim incipiendum ultro promereri. Coniunctio uero per diametrum facta remunerationem oſtendit eam,quę ꝓportione fit . nam in angulo uno quadrati faber ſtatuatur, in altero ſutor. in tertio domus.calceus in quarto.accipiendum igitur à fabro ex artificio ſutoris , uiciſſim'q; ex illius dandum ſutori . ſi ergo utriuſque opus ęquabile ſit inter ſe proportione,et mutua collatio fiat , hoc huiuſmodi dicemus ęquum .

Aedificator A	B *Sutor*
Domus C	D Calceus.

Sin minus, non æquum erit, nec officiorum communicatio remanebit. nihil enim prohibet vnius opus pluris eſſe, q̃ ſit alterius. hæc igitur æquanda ſunt. eſt autem hoc & in alijs artificijs. quæ tollantur omnino, niſi modo & menſura eorum opera ex vtraq; parte permutentur. non enim ex duobus medicis officiorum ſocietas iungitur, ſed uerbi cauſa, ex medico & agricola. & omnino ex diuerſarum rerum opificibus. verum hi ad æquationem deducendi erunt. Quocirca omnia, quorum eſt pmutatio, huiuſmodi eſſe oportet, ut poſſint inter ſe comparari, et quanti ſint eſtimari. ad quod inuentus eſt numus, qui efficitur quodammodo medium, quippe qui omnia metiatur, & exuperationem & immunitionem. uelut in permutatione ſutoris & fabri pecunia metiuntur, quot calcei domum, aut aliquid aliud ex operibus fabri adæquent. nam niſi hoc fiat, nulla erit permutatio, neq; ſocietas, quæ ut conſtet, æquas hinc inde portiones eſſe cõuenit. ut igitur dictum eſt, una quadam re omnia ponderanda ſunt. quæ quidem ueritate ipſa eſt indigentia, quippe quæ omnia contineat. nam ſi homines nulla re indigeant, aut nõ æque indigeant, nulla erit, aut non æqua permutatio. numus autem communi omnium inſtituto factus eſt quaſi ſubſidium indigentiæ. conſtatq; non natura, ſed lege, ut ipſum nomen indicat, ſi græce ſumatur. ob idq; in nobis eſt eum mutare, atq; etiam inutilem reddere. conferentur autem mutuo commoda, ſi ad proportionem deducantur, antequam permutationes fiant. ut quemadmodum ſe habeat agricola ad ſutorem, ſic opus ſutoris ad opus agricolæ. ſin minus, habebit altera pars utranq; exuperationem, plus ſcilicet lucri, et minus laboris, aut plus laboris, & minus lucri. Verum cum pro rata portione operis uterq; accipiat, tunc fit æqua permutatio. quæ ſic proportione fieri poteſt, ſi tanti ſint calcei, qui dentur agricolæ à ſutore, quanti triticum, aut uinũ, q̃d accipiat ab agricola ſutor. q̃d niſi ita fiat, tollantur contractus, et officiorum permutationes, quas ꝙ indigentia contineat ex hoc cognoſci

gnoſci

gnoſci poteſt, ꝙ niſi mutuæ operę indigeant, aut vterq; , aut alter, nulla ſit permutatio, quemadmodum cum eo, quo quis abundet, alter indigeat. ut cum vinum accipiatur pro tritico. quæ ad proportionē reuocanda ſunt. Quòd ſi nunc alter alterius re nō indigeat, quia tamē fieri poteſt, ut olim indigeat, numum quaſi uadem accipit, fore vnde neceſſitatem futuram depellere poſſit. hunc igitur qui exhibuerit, habebit vnde quod opus ſit ſumat. Verum & in hoc vſu euenit aliquando, quod in alijs rebus. non enim ſemper idem numus valet. attamen non temere immutari ſolet. Quo circa conſtitutum eſſe debet in omnibus, quāti quodq; ſit. ſic enim ſemper mercatus erit rerum omnium. Quòd ſi hoc contingat, communicabunt omnes omnia. Numus igitur, vt menſura communis adęquat omnia. nec enim ſi deſint contractus, & permutationes, erit communitas vitæ. nec erit permutatio ſine ęquitate ea, quæ proportione cōſtat. nec æquitas facile tenebitur, ſine communi menſura. Exactius igitur, & ad ueritatem fieri non poteſt, vt quę tantum inter ſe differunt, ad amuſſim congruant, ſed tamē ad communem uſum, ſatis. vnum igitur aliq̄d, per quod inter omnes conueniat, eſſe debet, idq; communi inſtituto, quod eſt numus. qui facit, vt omnia inter ſe congruant, quippe q̄ cūcta metiatur. ſit enim domus quanti numi centum. lectica vero quantum viginti. perſpicuum eſt igitur tanti eſſe domum eiuſmodi, quāti quinq; lecticæ. hoc modo fiebant permutationes ante numum inuentum. differt autem nihil, lecticæ ne, an aliquid aliud, quod tanti ſit, pro domo exhibeatur. dictum eſt igitur quid iuſtum, & quid iniuſtum. His autem determinatis, perſpicuum eſt, iuſta agere medium quodam eſſe inter facere, et accipere iniuriā. illud enim plus, hoc vero minus eſt habere, q̄ æquum ſit. Iuſtitia vero medium eſt, ſed non eodem modo, quo uirtutes, de quibus ſupra diximus, ſed ꝙ medij effectrix eſt, ideſt ęq. Iniuſtitia vero extremoꝝ eſt. Et iuſtitia quidem eſt, per quam dicitur iuſtus actiuoſus rerum iuſtarum ex

propoſito & electione. & diſtribuit ſibi aduerſus alterum, & alteri cum altero inter ipſos, non ſic, vt ſibi quidem plus boni ſumat, ſocio vero, minus. retrorſum vero faciat in malo, vt ſibi mali minus, ſocio vero, plus, verum ęquam partem impartiatur proportione tam ſibi aduerſum alium, q̃ alteri aduerſus alterum. Contra vero iniuſtitia iniuſti eſt. id autem eſt exuperatio & diminutio commodi, & incommodi ſine proportione. Quo circa exuperatio, & diminutio iniuſtitia eſt eo, ꝙ ſibi ſumat iniuſtus de his quidem, quæ ſunt abſolute commoda, nimium, de incommodis vero, parum. Quod idem facit omnino, dum quid in alios partitur. cui uero plus commodi tribuat, & incommodi, minus. aut retrorſum, cui plus incommodi, & commodi minus, id quidem pro uoluntate ſua, aut libidine potius agit. In iniuria autem qui quidẽ minus accipit, q̃ ęquum eſt dicitur iniuria affici, qui vero plus, iniuriam facere. De iuſtitia autem & iniuſtia quę ſit vtriuſq; natura hoc modo dictum ſit, & eodem modo ſummatim de iuſto & iniuſto. Q̃m autem accidere poteſt, ut aliquis iniuriam faciat, & tamen iniuſtus non ſit, conſiderandum eſt, quis iniuſtus uocari debeat in vnoquoq; genere iniuſtiæ, velut fur, aut adulter, aut latro. an ſic quidem nihil referat, nam poteſt aliquis cum muliere coire, ſciens qua cum rem habeat, idq; non ex propoſito & electione, ſed libidine nimia correptus. hic igitur iniuriam quidem facit, non tamen iniuſtus eſt, vt neq; continuo fur eſt quilibet, qui furatus fuerit, neq; item adulter, qui in adulterio deprehenſus ſit. ſimiliter & in alijs. Quomodo igitur lex talionis ſe habeat ad iuſtum, dictum eſt prius. ſed illud meminiſſe oportet, id quod nunc q̃rimus iuſtum, eſſe ſimpliciter iuſtum, & ciuile iuſtum. quod valet in ſocietate & communione vitæ, ut copia ſuppetat ſatis magna liberorũ ciuium, & parium, aut ſimpliciter & omnino, aut proportione. Quo circa quibus hęc non contingunt, inter hos ius ciuile eſſe nõ poteſt, ſed aliud, quod huius ſimilitudine quadam iuſtum uocet.

Eſt vero inter eos ius, inter quos communio legis, lex autem ibi eſt, vbi & iniuſtitia. Iudicium enim iuſti, & iniuſti dijudicatio eſt. Vbi vero iniuſtitia, ibi eſt & iniuriam facere. verum ubi iniuria fit, non continuo & iniuſte fit. hoc autem eſt plus ſibi ipſi ſumere eorum, quæ abſolute bona ſunt: malorum vero, minus. Quo circa non permittunt imperare hominem, ſed legem, quippe cum homo ſibi plus æquo ſumat, & Tyrannus efficiatur. Eſt autem magiſtratus iuſtitiæ cuſtos, & ſi iuſtitię, & æqualitatis. Et quoniam nihil plus ſibi ſumit, ſi modo iuſtus eſt, non enim plus boni ſibi accipit, niſi id ſit pro rata portione, iccirco alteri laborat, & communibus commodis inſeruit. Et hac de cauſa alienum bonum iuſtitiam eſſe dicunt, vt etiã prius diximus. pręmium igitur aliquod dandum. quod honor eſt, et gloria. quibus autem hęc non ſufficiunt, hi tyrãni efficiuntur. Ius uero dñi, & patis in ſeruos, & filios non idem cum hoc eſt, ſed tamen ſimile. non enim iniuria ad ſua ipſius cuiusq̃ dicitur. Mancipium aũt domini eſt, & filius uſq; ad certum tempus, & anteq̃ emancipetur, quaſi pars quędam patris eſſe uidetur. nemo autem ſe ipſum lædere proponit. quo circa nõ eſt iniuſtitia aduerſus ſe ipſum. neq; iuſtum, aut iniuſtum ciuile. lege enim contineretur, & inter eos eſſet, in quibus communio legis eſſe conſueuit, hi autem ſunt, inter quos ſcilicet ſunt æquę & imperandi & parendi uices. Quo circa iuſtum magis eſt cum vxore, q̃ cum filijs, & ſeruis. et dicitur hoc domeſticum ius. quod quidẽ et ipſum aliud eſt à ciuili. Ciuile aũt ius aliud eſt naturale, aliud legitimũ. Et naturale quidẽ id eſt, qđ vbiq; eandẽ vim habet, et nõ ea cã iuſtũ eſt, aut iniuſtũ, ꝙ alicui ita uideatꝰ, aut nõ uideatur. Legitimũ uero, qđ à principio nihil differebat, hoc, an illo mõ ſe haberet. differt uero, cũ cõſtitutũ fuerit, ut mina captiuũ redimi, aut caprã ĩmolare, nõ binas oues. et ꝑterea quæcunq; de ſingulis lege cauta ſunt, vt Braſidę nominatĩ ſacra facere, et q̃ decretis, et plębeſcitis cõtinentur. Vĩ autem quibuſdam oĩa legitima eſſe, non etiã

naturalia,propterea ꝙ naturale immobiliter maneat, & vbiq; ean-
dem vim teneat.velut ignis,qui & hic , & apud Perſas comburit,
Iura autem commutentur,nec eadem ſint ſemper.Quod non ex toto
ſic ſe habet,ſed ex parte quadam. nam apud deos fortaſſe nulla im-
mutatio eſt.apud nos uero eſt naturale quodã,qđ immutet,et ſi non
oẽ.Erit igit aliud natura ius,aliud nõ natura,ſed qđ nã ius natura,qđ
tñ poſſit ſe aliter habere, & quod non natura,ſed lege conſtet , &
hominum ſanctione,ſi quidem utrunq; ſimiliter mutari poteſt,faci
le cognoſcitur.eademq́;ratio ĩ alijs quoq; cõueniet.natura enim dex
tra potior eſt,& tamen fieri poteſt, vt omnes leua ſimiliter , atque
dextra utantur.Ius vero conſuetudine, & vtilitate conſtitutum ſimi
le eſt menſuris.non enim vbiq; ęqualis tritici,& uini menſura.Ve
rum aliquibus in locis emunt maiori menſura,quod alibi minore vẽ
dant . Eodem modo iura non naturalia,ſed humana ,non vbiq; eadẽ
ſunt.nam neq; reſpublica vbiq; eadem , ſed vna tantum ubiq; eadẽ
eſt,ea quę eſt optima ſecundum naturam.Iuſtum autem , & legiti-
mum vnumquodq; ita ſe habet ad ſingula,vt generale ad ea, q̃ gene
ri ſubiecta ſunt.quę enim aguntur, multa ſunt.eorum autem quodli
bet vnum eſt , quod ad ſingula referatur,quippe quod ſit generale.
differunt vero inter ſe iniuria & iniuſtum,itemq́; recte factum &
ius.nam iniuſtum natura quidem eſt,uel inſtituto.idipſum aũt cũ fa
ctum fuerit,iniuria eſt:anteq̃ vero fieret, nondum erat iniuria,ſed
iniuſtum.eſt enim iniuſtum furari,cum uero quiſpiam furatus fue-
rit, tunc demum iniuria,eadem ratio eſt & recte iuſteq́; facti . &
enim anteq̃ fiat ius dicitur,cum vero factum fuerit, recte factũ vo-
catur.Quæ uero vniuſcuiuſq; ſpecies,& quot ſint,et in quibus ver
ſentur,poſterius conſiderabitur . Cum ſint igitur iuſta & iniu-
ſta ea,quę dicta ſunt,iniuriam quidem facit,& iuſta facit , quando
quis ſpõte ea facit,cum uero inuitus fecerit, nec iniuriam fecit,nec
iuſte,niſi caſu & fortuito,vt cum ea fecerit, quæ ita acciderunt,vt

iuſta

iuſta eſſent, aut iniuſta. Iniuſta autem & iuſta actio diſtinguitur uoluntario, & non voluntario. Cum enim iniuſta actio uoluntaria fuerit, vituperatur, & ſimul tunc eſt iniuria. Quo circa iniuſtum quidē aliquid eſſe poterit, nondum tamen iniuria, niſi uoluntas acceſſerit. appello autem illud uoluntarium, quemadmodum dictum eſt prius, quod aliquis agat in poteſtate ſua poſitum, nō ignorans, neq; quem, neq; quo, neq; cuius gratia, ut ſi ſciat quem uerbi cauſa uerberet, et quo quaſi inſtrumēto, et cuius gratia uerberet. & eorū vnūquodq; nō caſu aliquo faciat, aut ui. nam ſi quis manu ꝑ alium ui ducta quēpiam uerberet, uerberat quidem, non tamen id ſponte facit. nō enim eſt id in poteſtate ſua non facere. accidere etiam poteſt, cum qui verberetur, patrem eſſe, qui uero uerberet, cognoſcere quidem illum eſſe hominem, aut vnum quempiam eorum, qui adſunt, ignorare autē, ꝙ ſi pater. eadem ratione tractanda ſunt ea, quorum gratia quippiā fiat, & omnino in tota actione. vt ſi quem in conuiuium acceperis, et ille auidius oppletus cruditate moriatur, non tu quidem cauſa mortis fueris, qui nō ea gratia illum in conuiuium acceperis, ut moreretur. Quod āt ignoret, aut nō ignoret quidē, non ſit āt in agentis poteſtate, ſed ab inuito fiat, id non uoluntarium eſt. Multa etiam ex his, quæ natura eueniunt & agimus, & patimur; quorum nihil neq; voluntarium, neq; non uoluntarium, ut eſt ſeneſcere, & mori. accidit autem, ut & iuſta & iniuſta fiant aliquando propter aliud. vt ſi quis non uoluntate, ſed propter metum, depoſitum reddat, non hic appellandus ſit iuſtus, nec iuſte agere, niſi propter aliud. Eodem modo et qui depoſitum non reddat, quia cogatur non reddere, & inuitus retineat, non dicimus hunc iniuſtū, & iniuſte agere, niſi propter aliud. Eorum autem quæ ſunt uoluntaria partim ex propoſito fiunt, partim ſine propoſito. Ea uero dicuntur ex propoſito fieri, in quibus antegreſſa eſt deliberatio, contra ſine propoſito, quæ abſq; adhibito cōſilio fiant. Cum ſit aūt triplex offenſio in rerum coicatione, et uitæ

ſocietate, ea per ignorationem peccantur, cum quis hoc egerit, cum aliud vellet, aut contra quem non putarat, aut non eo, quo arbitrare tur telo, aut non ea gratia, quam ſuſpicaretur. aut enim non vulnera re putauit, aut non hoc ſcilicet gladio, aut non hunc hominem, aut non huius gratia, verum accidit id, quod non putarat, vt ſi vulnera uerit, cum tantulum pungere voluerit, aut quem noluerit, aut non quomodo uoluerit. Quando igitur præter voluntatem offenditur, infortunium dicitur, cum uero voluntate, ſed ſine malicia, erratum vocatur, errat igitur quiſpiam, cum iniciũ cauſæ errati in ipſo fue rit. vti autem aduerſa fortuna quis dicitur, cum inicium facti extrin ſecus eſt. Quod uere ſcienter, ſed tñ ſine ulla cõſultatione patratum fuerit, peccatum uocatur, ut quæ per iram, et alios affectus neceſ ſarios, aut naturales hominibus accidunt. hæc enim peccantes iniu riã quidem faciunt, et peccant, non tñ propterea iniuſti ſunt, neque improbi, quippe qui ꝑpter nequiciam non offendunt. Cum uero ex propoſito et electione quis lędat, tunc iniuſtus eſt et nequam. Iccirco quæ ex ira proueniunt, recte iudicantur non fieri cogitato, neq; com poſito. non enim qui ira percitus quippiam admittit, principium eſt eius actionis, ſed quod ad iram prouocauit. Pręterea in ira non dubi tatur, vtrum factum ſit; ſed an iure, nec enim iniuria iræ obſcura eſt, nec quemadmodum in contractibus de facto contendunt, in qui bus neceſſe eſt mẽtiri alterum, Improbumq; eſſe, niſi obliuione im pediatur, ſic fit in ira, uerum cum de re non ſit controuerſia, omnis de iure contentio eſt. nec ignorat ſe iniuriam feciſſe, qui conſulto et meditato nocuerit, qui vero ira incitatus fecerit, iure ſe feciſſe defẽ dit. Quod ſi ex propoſito noceat, iniuſte facit. et qui huiuſmodi iniu rias faciat, iniuſtus eſt, cum pręter dignitatem, præterq; æquum id faciat. eodẽ modo et iuſtus ex propoſito iuſte agit. iuſte aũt demum agit, ſi ſponte agit. Eorum uero quę ſunt non uoluntaria, alia ueniã merent̃, alia nõ merentur. Quę.n. non tm̃ ignorantes, ſed ꝑ ignora tionem

tionem

tionem ẽt peccantur, his venia danda. q̃ uero non per ignorationem, ſed ignorãtes, aĩq; perturbatione concitati nec naturali, nec naturã hoĩs attingente faciunt, ea ueniam nõ merẽtur. Sed hic quęrat aliquis ſatiſne de inferenda, et accipienda iniuria diſputatũ fuerit? occurrit.n. illud Euripidis, quod tñ ſatis abſurde dici uideať. Quomodo matrem meam interfecerim, breuis eſt oratio. uolens uolentẽ, aut uolentẽ non volens. vtrũ igitur uerum eſt, aliquem uolentẽ iniuria affici? an id fieri nequit? ſed oẽ illud eſt non uoluntarium, ſicut iniuriam facere oẽ eſt uoluntarium. Et ſimul hoc mõ quęri poteſt, vtrum iniuria affici oẽ ſit uoluntarium, an non uoluntarium, ut iniuriam facere oẽ eſt uoluntarium, an partim ſit uoluntarium, partim non uoluntariũ. Eodem mõ et de eo, qui à iudice ad æquitatem reuocatur, oĩs enim huiuſmodi ad ius reuocatio uoluntaria eſt. Quare cõſequitur, ut cum iniuria affici, et in iudicio ad ęquum parq; ius reuocari ſimiliter ſuis contrarijs opponãtur, eodem mõ utrunq; aut uolũtarium ſit, aut non uoluntarium. Abſurdũ autem uideri poſſit, ſi q̃libet dicatur, ſponte à iudice ad ius æquabile redigi, cum perſpicuũ ſit, non nullos inuitos ſtare rebus iudicatis. Deinde et in eo dubium eſſe poſſit, an omnis: qui rem iniuſtam patiatur, dicatur ob id iniuria affici, an vt eſt in agentibus iniuriam, ſic etiam de patientibus? et ut ẽ iniuriã facere ꝑꝑ aliud, qđ vulgo dicitur ꝑ accidẽs, ſic ẽt et iniuriã pati. nõ. n. idẽ eſt iniuſta agere, et iniuriã facere, nec iniuſta pati idẽ, qđ iniuria affici. Eodẽ mõ et in his, q̃ dicunť in iudicio, ad ius reuocare et reuocari. fieri. n. nõ põt, ut q̃ſpiã iniuria afficiať, niſi ſit q iniuriã faciat, aut q à iudice ad æq̃tatẽ redigať, niſi aliq̃s redigat. ꝙ ſi iniuriã facere ſimpliciter, ẽ nocere alicui ſpõte, ſpõte uero nocere ẽ id facere ſcientẽ, cui noceat, et quo quaſi inſtrumẽto, et quẽadmodũ noceat, et incõtinens nocet ſponte ipſemet ſibi, nimirũ quiſpiam ſponte iniuria afficiatur, et contingit ipſum ſibi iniuriã facere. Eſt autem et hoc unum ex his, de quibus dubitari poſſit, an contingat aliquem ipſum ſibi iniuriam facere. prӕterea aliquis

uolens propter incontinentiam à uolente lędi poteſt, ut & iuſta ratione aliquis ſponte afficiatur iniuria. Quid ergo dicendum? an non recta diffinitio eſt, quam ſupra poſuimus, ſed ad id, quod eſt, lędere ſcientem & quem, & quo, et quemadmodum lędat, addendum etiã, præter illius uoluntatem. lęditur igitur aliquis ſponte, & iniuſta patitur, iniuria afficitur nemo ſpõte. nullus enim id appetit, ne ipſe incõtinens quidem, ſed agit pręter uoluntatem. nemo enim uult, quod non putat eſſe bonum. Incontinens autem id agit, quod non putat agẽdum eſſe. uidet enim meliora, probatq́;, & ſequitur deteriora. Qui uero ſua effundit, ut Homerus ſcribit de Glauco, qui permutauit cum Diomede arma centum boum, pro his, qui eſſent nouem tantũ, non iniuria afficitur, in eo enim eſt, det nec ne det. Iniuria autẽ non eſt in eo, qui afficitur, uerum exiſtat oportet, qui iniuriam afferat. Quod igitur iniuria affici non ſit uoluntarium, ex his perſpicuum eſſe poteſt. Ex his autem quę propoſita ſunt, duo reſtant explicãda. unum, uter iniuriam faciat, is ne qui diſtribuit inæqualiter, et p̃ter dignitatem perſonarum, an qui plus æqua portione ferat, alterũ, an contingat, quempiam ipſum ſibi iniuriam facere. ſi enim conſtet, ut qui præter æquum, præterq́; dignitatem partiatur iniuriam faciat, non ille qui plus accipiat, ſi ſciens et ſponte plus alteri tribuerit, q̃ ſibi pro rata parte ſumpſerit, hic ſibi ipſi iniuriam fecerit, qđ quidem moderati uiri facere uidentur, uir enim bonus ſibi ferè minus tribuere ſolet in partiendo. An hoc non ex toto uerum eſt. pro eo enim quod alteri in partiendo remittit, aliud, quod pluris ſit, conſequi poteſt, ut gloriam, aut omnino honeſtatis laudem. Pręterea dubitatio ſoluitur per diffinitionem eius, quod eſt iniuriam facere. nã qui ſponte plus alteri tribuit, is nihil patitur pręter uoluntatem ſuã, et iccirco q̃ ad hoc attinet, nulla afficitur iniuria, licet iacturam faciat. Perſpicuum eſt igitur, cum quoq́;, qui partiatur, iniuriam facere, non cum ſemper, qui plus ferat non enim is, cui plus æquo datum

eſt in-

eſt iniuriam facit,ſed is,in cuius poteſtate eſt, hoc ſpōte facere.hoc aūt eſt,vñ principium actionis.qđ quidem eſt in diuidente,nō in accipiente.Pręterea cū facere multipliciter dicatur,& aliqñ quę ſunt inaīa interimant, & manus,per alium ui ducta,& alicui impacta,et ſeruus dño iubente,hæc iniuſta quidem faciunt,non tñ iniuriā. Tū ſi quis per ignorationem male iudicauit,non iniuriam fecit iſte, qđ attinet ad hanc iniuſtitiam,q̄ lege conſtat,nec iniquum eius iudiciū eſt,eſt tñ quodam mō iniquum.alia eſt .n. iuſtitia deſcripta legibus ab ea prima & naturali.Quòd ſi ſciens inique iudicaret , peccaret & ipſe,quia aut gratiam alterius aucupari,aut iniurias ſuas perſeq vellet.Qui igitur his de cauſis inique iudicat, plus æquo & ipſe ſibi appetit,perinde ac ſi quis ob rem alteri adiudicandam pecuniam caperet.Homines aūt in ſe ipſis poſitum eſſe putāt,vt iniuriam faciant,& ob eam cauſam non difficile eſſe,vt quis iuſtus euadat.hoc aūt non ita ſe hēt,nam vicini vxorem viciare,& obuium quęq; pulſare,& manu argentum alteri exhibere,facile eſt, & in ipſis poſitum,verum quodam mō affectos,& ex habitu hæc facere,non facile,nec in ipſoꝶ poteſtate.Eodem mō et iuſta,& iniuſta diſcernere, nihil negotij eſſe exiſtimant,ꝙ ea,q̄ legibus tradant,non difficile ſit intelligere,ſed nō hęc ipſa iuſta ſunt,niſi ꝑꝑ aliud,ſed iuſta ſunt,ſi certa quadam rōne,certoq; mō tum fiant, tum diſtribuantur. in hoc aūt plus negotij eſt,q̄ ea cognoſcere,quæ faciant ad bonam valetudinem.nā & illic mel,vinum,elleborum,& aduſtionem,et inciſionem per facile eſt cognoſcere,ſed qūo hęc adhibenda,vt cōferant ad valetudinem,& cui,& qñ,tanta eſt actio,quanta in medico maxima eſſe pōt.ob id ipſum aūt & iuſti nihilominus eſſe putant iniuriam facere,ꝙ nihiloſecius,atq; adeo maiori facultate poſſit oīa facere , q̄ iniuſtus.nam & adulterium admittere, & aliquem pulſare pōt vir iuſtus,quēadmodum & fortis clipeum abijcere,& conuerſus fugā, quo velit,arripere.uerum hæc ipſa facere,non eſt timidum eſſe,aut

iniuriam facere, niſi ꝓꝑ aliud. ſed hæc quodam mō affectum admit tere, id eſt timidũ eſſe, & iniuriã facere. quẽadmodũ ſimpliciter ure re, et nõ urere medicamẽtũ dare, aut nõ dare, non eſt mederi, aut ali quẽ curare, ſed illa eadẽ quodãmõ & ex habitu facere. Eſt ãt uſus iu ſtitię inter eos, qui bonoꝝ quidem participes ſunt, eorum quę ſunt ſimpliciter bona, ſed eſt in eis tñ & nimium, & minus ęquo. in qui bus dam vero nulla eſt huiuſmodi bonoꝝ exuperatio, vt fortaſſe in dijs. ſunt & q nullam boni particulam cõicent, vt deſperati quidam, & penitus improbi, quibus oĩa officiunt, bonoꝝ uero vſq; ad certũ finem participem eſſe proprium eſt hominis. De equitate autem, *itemq; de ęquo bono quõ ſe habeãt ad iuſtitiam & iuſtum deinceps aperiendum eſt. nam neq; oĩno eadem, neq; genere diuerſa videan tur, ſi conſideretur, tum ꝙ æquum & bonum laudamus, itemq; hu iuſmodi hominẽ. quod nihil opus eſſet, ſi ęquum bonum idem eſſet cũ iuſto, quippe cum quod iuſtum eſt, ſatis ſit ſua ſponte laudatum. Quin & ad alia, cũ laudamus, ipſum nomen æqui & boni tranſfe rimus, ita vt pro bono æquius & melius dicamus. quod perinde intel ligitur, ac ſi melius diceremus,* Tum *ꝙ ſi rationem ſequamur, ab ſurdum uideatur, ſi ęquum & bonum aliud quoddam à iuſto ſeiun ctum, laudabile tamen ſit. aut enim quod iuſtum eſt, bonum non eſt: aut æquum & bonum, ſi aliud ſit à iuſto, bonum non erit, aut, ſi v trunq; bonum, idem ſunt. Et hæc quidem dubitatio de æquo & bo no exoritur. omnia autem quodam modo recte dicuntur, nec contra ria ſunt ea inter ſe. æquum namq; & bonum cum iuſti pars ſit, iu ſtum quoddam melius eſt, nec aliud genere differens iuſto melius eſt. Idem igitur iuſtum, & æquum & bonum. nam cum utrumque numeretur in bonis, ęquum & bonum præſtantius eſt. Sed hoc quo que dubitationem continet, ꝙ ęquum & bonum iuſtum quidem eſt, non tamen legibus continetur, verum huiuſmodi eſt, ut legitimo iu ri quaſi mederetur. Quod ideo fit, quia lex oĩs in vniuerſum eſt. de*

quibuſ

quibuſdam vero recte cõſtitui non põt, ſi generatim determinetur.
In his igitur, in quibus generatim dicendũ eſt, ſed id recte fieri non
põt, ad id, qđ ſępius & plerunq; fit ſe accomodat lex, nõ ignorãs er-
ratũ, & nihilominus recte determinat. erratũ n. non in lege, neq; in
ſcriptore eſt legis, verũ in rei ipſius natura. rerũ. n. agendarũ mate-
ria ferè talis eſt. Cũ igitur lex poſita ſit generatĩ, accidat aũt aliqđ
contra legem ſic ſcriptam, tunc æquum eſt, qua deficit legis lator,
cum legẽ ſine exceptione ſcriberet, explere qđ omiſſum eſt, & le-
gi moderari, qđ faceret legis lator, ſi corã adeſſet, ẽt lata lege. Quo
circa æquũ & bonum iuſtũ quidẽ eſt, & prę ſtantius aliquo iuſto, non
qdem perfecto, ſed eo, qđ peccat, quia in vniuerſum latũ fuerit. Et
hęc eſt naturę æqui & boni, legem emẽdare, quatenus in vniuerſum
nõ recte poſita fuerit. Hoc ẽt cauſa eſt, ꝙ non oĩa legibus ſanctiã-
tur, ꝙ de quibuſdam nullo mõ lex ferri põt. Quo circa decretis opus
eſt, ſiquidem iuris uagi et interminati, etiã regula interminata eſt.
quemadmodum leſbicæ fabricę regula plumbea eſt, quæ ad figu-
ram lapidis immutetur, et non ſemper eadem maneat. eodem mo-
do et decreta rebus accomodantur. Quid igitur ſit ęquum et bo-
num, et cuiuſmodi iuſtum, et quonam iuſto præſtabilius ex his per-
ſpicuum eſt. Ex quibus etiam patet, quis æquus et bonus. nam qui
hæc ſequitur, et ſibi proponit agenda, nec ad uiuum reſecat
in exigendo iure, potiuſq; aliquid de ſummo iure remittit, quam-
uis legem habeat adiutricem, hic ęquus et bonus eſt. et huiuſmo-
di habitus æquitas nominatur, quę eadem iuſtitia quædam eſt, ne-
que habitus alius ab ea diverſus. Vtrum autem contingat
quempiam ſibi ipſi iniuriam facere perſpicuum eſt ex his, quæ
ante diximus. omnia enim iuſta, quę ex vniuerſa virtute ſunt hau-
ſta, legibus conſtituta ſunt. nulla autem lex iubet aliquem
ſe ipſum interimere. quod autem non iubet, id certe vetat.
Pręterea quando quis pręter legem alicui noceat non laceſſitus ir-

iuria, ſponte iniuriam facit. ſponte aũt nocet, qui ſciat et cui noceat, & quomodo. Qui igitur propter iram ſe ipſe interficit, ſponte hoc facit contra rectam legem. non.n. permittit lex quemq̃ ſe ipſum interimere. iniuriam ergo facit. ſed cuinam p̃terquam ciuitati? ſibi.n. ipſi non facit iniuriam, quippe q id ſponte patiatur. nullus aũt ſponte afficit̃ iniuria. Et iccirco ciuitas pœnas ſumit. & ignominia quadam notatur q ſeipſum interemit, vt q ciuitatem iniuria affecerit. Iam vero qui iniuriam tm̃ facit, nec eſt ex oĩ parte improbus, quatenus iniuſtus eſt, non poteſt ſibi ipſi iniuriam facere. non eſt.n. iniuſtus idem, quod oĩno improbus. etenim iniuſtus ſic eſt uitioſus, vt timidus, non ꝙ omni ſcelere imbutus ſit. Quare ꝑ hanc iniuſtitiã non valet ſibi ipſi iniuriam facere. hac.n. ratione eueniret, vt eidem res eadem & demeretur, et adderetur. hoc aũt nullo pacto fieri põt, ſed ſemper iuſtum, & iniuſtum in pluribus eſſe neceſſe eſt. præterea q iniuriam facit, ſponte id agit, & ex propoſito, & prior. nam qui in alterum uĩdicat illatas iniurias, non vr̃ iniuriam facere. ſi quis ergo dicatur ſibi ipſe iniuriam facere, ipſe idem iniurias vindicat, & facit. Tũ illud ſequatur, vt ſponte quiſpiam iniuria afficiatur. huc additur ꝙ nullus iniuriã facit, niſi alter accipiat, idq; certo peccati genere. atq nemo uxorem ſuam mœcham efficit, nec ſuos ipſius parietes fodit, neq; propria furatur. Soluitur deniq; hæc quæſtio, an ſibi quiſq̃ iniuriam faciat, per id, ꝙ planum factum eſt, quẽlibet, qui iniuria afficiatur, inuitum, et præter ſuam ipſius affici voluntatẽ. Perſpicuum eſt aũt vtrunq; eſſe in malis et facere, et accipere iniuriã, quorum alterum minus, alterum plus recedit à mediocritate. quæ eſt in iuſtitia idem, quod bona ualetudo in medicina, & bona corporis affectio in arte gymnaſtica, ſed tñ deterius eſt iniuriam facere. nam id eſt cum uitio coniunctum, & vituperandum, & cum vitio, aut ſummo, aut non multo ſecus. nec.n. quicquid voluntarium eſt, cũ iniuſtitia ẽt coniunctum eſt. Iniuria autem affici eſt ſine vitio & iniuſtitia.

iniuſtitia.Iniuria igitur affici ipſum per ſe minus malũ eſt,q̃ iniuriã facere,verum propter aliud & caſu quodã nihil prohibet eſſe maius malum,attñ de eo non curat ars,ſed dolorem lateris maius malũ ſtatuit,q̃ ſit pedis offenſio. atqui fortuito & propter aliud aliqñ ſecus accidere poteſt,vt ſi quis offendendo deueniat in hoſtium poteſtatem,& interficiatur.ea.n.ratione pedis offenſio maius erit malũ, nõn quidẽ per ſe,ſed propter aliud,quia fuerit cauſa mortis. Trãſlatione autem & ſimilitudine quadam non eſt quidem alicui ad ſeipſum iuſtum aliquid,ſed inter quaſdam illius partes . neq; quoduis iuſtum,ſed berile quod dicitur,& familiare. his enim rationibus diſiunctę ſunt inter ſe partes animę,ea quæ particeps eſt rationis, et quæ ratione carent.ad quæ reſpicientibus uidetur ineſſe iniuſtitiam aduerſus ſe ipſum,quia ſit in his,ut patiantur aliquid contra earum appetitiones.et hac de cauſa has partes ita inter ſe habere,vt ſit inter eas communicatio quædam iuſtitiæ,ac ſi vna dominetur, altera ſeruiat.De iuſtitia igitur,et alijs virtutibus, quę ad mores pertinent hactenus dictum ſit.

FINIS QVINTI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER SEXTVS.

QVONIAM in ſuperioribus dictum eſt, mediũ in rebus eſſe capeſcendum, nimium vero, et parum quod ſit fugiendũ, medium aũt eſſe, quod ratio preſcribat, de hoc nunc erit deinceps diſſerendũ. In quolibet.n. habitu ſuperius dicto, quemadmodum et in alijs, eſt quędam quaſi meta: ad quam qui eſt rõne pręditus tum ſe intendit, tum remittit. et terminus eſt quidam mediocritatũ, quas medias eſſe diximus inter nimium et parũ, habẽtes ſe ſecundũ rectam rationem. Sic igitur dicere verum quidem eſt, non tamen ſatis apertum. nam et in alijs ſtudijs, in quibus ſcientia verſatur, verum eſt, hoc dicere, neque plus, nec minus, q̃ conueniat, laborandum eſſe, neque negligentem eſſe oportere, ſed tenendam eſſe mediocritatem quãdam, ſequendamq; rectam rationem. Verum hoc ſi quis tantum ſciat teneri debere, nihil amplius ſciat, non magis q̃ quę ad corporis curationem neceſſaria ſint, etiam ſi ea ad id facere ſcierit, quæ medicinę ars, et in ea arte peritus facienda pręſcribat. Quo circa oportet quod ad animi habitus attinet, non tantum verum eſſe id, quod dictum eſt, ſed etiam eſſe determinatum, quę nam ſit recta ratio, et quibus quaſi finibus contineatur. Animi igitur virtutes diuiſimus, cum eas partim moris, partim mentis et intelligentię eſſe diceremus. ac de moralibus quidem hactenus pertractauimus, nunc uero ad reliqua deinceps aggrediemur, ſi tamen prius pauca de anima dixerimus. animę partes duas prius eſſe diximus, vnam rationis participem

cipem, alteram ratione carentem. Nunc uero ea, quę rationem participat, eodem mō diſtribuenda eſt, ſtatuendumq́;, eā quoq; duas habere partes, vnam quidem, qua contemplamur huiuſmodi res, quarum principia non poſſunt ſe aliter habere. alteram uero, qua ea cernimur, quę ſunt mutationi, et varietati ſubiecta. ad ea enim, quæ inter ſe genere diſtant, diuerſis quoque animi partibus opus eſt, quæ ad vtrunque eorum genus accommodentur, ſiquidem ſimilitudine quadam ad res ipſas et propinquitate ineſt in ipſis animi partibus rerum ipſarum cognitio, dicanturq́; ex his, altera quidem ſciendi, altera uero ratiocinandi facultas: conſultare enim et ratiocinari idem ſunt. nemo autem conſultat de rebus neceſſitate cauſarum illigatis, quę aliter ſe habere non poſſunt. Quare uis ratiocinandi vna quædam pars eſt animæ ratione vtentis. Qua propter in his duabus partibus uidendum, quinam optimus habitus et affectio, hæc eſt enim vtriuſque uirtus, porro uirtus cernitur proprio opere, in quo verſatur. Tria vero ſunt in anima, vnde eſt actio omnis, et veritas: ſenſus, et mens, quę vulgo intellectus appellatur, et appetitio. Ex his autem, ſenſus nullius actionis principium eſt. nam cū et belluę ſenſu prędita ſint, nullius tamen actionis participes ſunt. Quod vero eſt in cogitatione affirmatio et negatio, idem eſt in appetitione acceſſus ad commoda, et ab incommodis fuga. Quo circa quoniam virtus moralis habitus eſt, factus ad eligendum, electio autem appetitio cum deliberatione, propterea et ratio uera ſit oportet, et appetitio, recta, ſi quidem electio recta, et eadem quæ ratio dictet, proſequi appetitio debet. hæc eſt igitur cogitatio et ueritas actuoſa. Cogitationis vero, cuius opus eſt contemplari, non agere, aut facere, laus, et uituperatio omnis in veritate, et falſitate poſita eſt, Id, quod eſt vniuerſæ cogitationis. actuoſę autem cogitationis laus eſt veritas, quæ congruat cum appetitione recta. Electio igitur actionis

principium eſt, principium inq̃ mouendi, non id, quo tota actio refe- ratur, quod finis dicitur. electionis autem principium appetitio eſt, et ratio ea, quę alicuius gratia ſumitur. Quo circa nec ſine mente, et cogitatione, nec ſine morali appetitione electio exiſtit, nam bene agere in rebus, et contra male agere nõ eſt abſq; cogitatione, et mo- ribus. Cogitatio autem ipſa vniuerſa per ſe nihil mouet, ſed ea tm̃, quę eſt alicuius rei gratia, et actuoſa. hæc enim præeſt etiam effec- trici, et aliquid molienti, quod expleta effectione cernatur. nam qui aliquid molitur, et facit, alicuius gratia facit, quod autem efficitur, non eſt abſolute finis, ſed ad aliud pertinet, et alterius gratia eſt, non enim ędificator domum ædificat ipſius domus gratia, ſed ut in- habitetur, quod non idem eſt de actione, nam recta actio ipſa finis eſt, cuius eſt appetitio ipſa. Quam ob rem electio aut mens appetẽs eſt, aut appetitio non abſq; cogitatione, et huiuſmodi principium ẽ homo. Nulla autem electio de his eſt, quæ pręteriere, nemo enim ſi- bi proponit, vt, uerbi cauſa, ilium euertat, quippe cum eſſet id actũ agere, ut eſt in prouerbio, neq; conſilium capit de his, quę iam fa- cta ſunt, verum de futuris, et quæ hoc, vel illo modo fieri poſſunt, quod autem factum iam eſt, id non contingit non factum eſſe. Et ic circo præclare Agatho, eo ſolo priuari deum, ꝙ facta infecta red- dere non poſſit. Ambarum aũt partium mentis, opus eſt, veritas. ha bitus igitur hi, per quos vtraq; pars maxime ueritatẽ attingit, vtriuſ que uirtutes erunt. Sed alio principio altius repetito, rurſus de ipſis dicendum eſt. Ea igitur, quibus animus affirmando, aut negan- do veritatem attingit, ſunt numero quinq; ars, ſcientia, prudentia, ſa pientia, mens. nam exiſtimatione & opinione falli contingit, ob quã rem his aggreganda non fuerunt. Quid igitur ſit ſcientia hinc per- ſpicuum eſſe poteſt, ſi exacte dicendum eſt, ac non opinionibus inhę rendum. Omnium enim hæc eſt exiſtimatio, ut id, quod ſciamus, nõ poſſit aliter ſe habere. Quæ autem ſecus euenire poſſint, ea cum

extra

extra contemplationem fuerint, ſint nec ne ſint, incertum eſſe. Neceſſario igitur eſt id, quod ſub ſcientiam cadit, ergo & ſempiternum, & perpetuum. quæ enim ex neceſſitate ſunt, ſempiterna ſunt omnia. quæ autem ſempiterna, ea abſq; ortu ſunt, & interitu. Prętereà ſcientia omnis videtur alteri tradi poſſe, ita quod ſub ſcientiam cadit, doceri etiam poteſt. Ex perſpicuis autem quibuſdam quælibet doctrina inicium capit, vt traditur in analyticis, & alia ex inductione perficitur, alia ſyllogiſmo. Et inductio quidem principij eſt, & enunciationis vniuerſalis. Syllogiſmus vero, ex vniuerſalibus. ad principia igitur, ex quibus eſt ſyllogiſmus, cum ſyllogiſmus non adhibeatur, adhibebitur inductio. Eſt itaq; ſcientia habitus demonſtrãdi, & per argumenti concluſionem, quę à dialecticis dicitur demonſtratio, comprobandi, & quecunque alia ad eius diffinitionẽ in analyticis explicata ſunt. Tunc enim quiſpiam ſcire dicitur, cũ cognita principia habeat, & eis quodammodo credat. nam ſi cui principia non notiora erunt concluſione, hic ſcientiam habebit propter aliud, & non per ſe. Ac de ſcientia quidem determinatum ſit hoc modo. Eorum autem quę poſſunt aliter ſe habere, aliud ſub effectionẽ cadit, aliud ſub actionem. neq; idem eſt efficere, quod agere. quippe cum id ad corpus, hoc ad animum potius referatur. & effici dicãtur ea, quorum finis ſemper extra poſitus eſt, poſt rei confectionem. qđ ſecus eſt de actione. de his autem latius ſcriptum eſt in his libris, q exoterici dicuntur. Quare habitus cum ratione agendi alius erit ab habitu cum ratione faciendi. nec inter ſe alter, altero continẽtur. nec enim agere eſt facere, nec facere, agere. Qm̃ autem fabrica ars q̃dam eſt, & idem, quod habitus quidam cum ratione faciẽdi, nec ars vlla eſt, quę non ſit habitus cum ratione faciendi, nec huiuſmodi eſt habitus, quin ſit ars, nimirum idem erit ars, & habitus cum ratione faciendi. Ars autem omnis huc tendit, vt gignat & machinetur aliquid eorum, quæ eſſe poſſunt, & non eſſe, & quorũ principium eſt

in faciente, & non in eo, quod efficiatur. nec enim horum ars eſt, q̃ ex neceſſitate ſunt, aut fiant. ſed neq; rerum naturalium. hæc enim in ſe ipſis principium habent. Quoniam igitur agere, & facere diuerſa ſunt, neceſſe eſt artem effectionis eſſe, non actionis. Et eorundem quodammodo eſt fortuna, quorum ars eſt, vt Agatho quoque ait. ars fortunam dilexit, & artem fortuna. Ars igitur, vt ante dictũ eſt, habitus eſt faciendi, cum recta ratioue. Contra vero inſcientia artis, habitus faciendi praua cum ratione, in his, quę poſſunt aliter euenire. Iam vero de prudentia dicere aggrediemur, ſed prius conſiderandum, quinam prudentes habeantur. videtur autem is eſſe prudens, qui recte deliberare valeat de his, quę bona ſibi ſint, & vtilia, non ſingulari modo, vt quæ ad uires, aut valetudinem faciant, ſed in vniuerſum in his, quæ ad vitam bene degendam conducant. cuius rei argumentum eſt: ꝙ eos etiam prudentes vocamus, qui in his, quorum non ſit ars, & quę ad finem aliquem bonum faciant, recte ratiocinentur. ob quam rem omnino prudens dici queat, qui conſilio polleat. Deliberat autem nullus de his, quæ aliter ſe habere non poſſunt. aut de his, quæ nõ ſint in eius, qui deliberat, poteſtate. Quòd ſi ſcientia eſt cũ argumenti concluſione, quorũ autem principia poſſunt ſe aliter habere, eorum non eſt argumenti concluſio, ſic enim contingat omnia aliter ſe habere poſſe; nec eſt deliberatio rerum, quæ neceſſario ſint. hęc cum ſic ſe habeant, non poterit prudentia eſſe ſcientia, nec ars aliqua. ſcientia quidem non erit, quia quod ſub actionem cadit, poteſt ſe aliter habere. ſed neque ars vlla prudentia fuerit, nam alius finis eſt in agendo, alius in faciendo. Reſtat igitur prudentiam eſſe habitum, vera cum ratione agentem, circa ea, quę homini bona, aut mala contingunt. effectionis enim finis diuerſus eſt ab ipſa effectione: actionis vero, non ſemper, nam & ipſum bene agere finis eſt. Ob quam rem Periclem, & huiuſmodi alioſque uiros, prudẽtes fuiſſe exiſtimamus, quòd quę ſibi, & alijs prodeſſent

deſſent, facile diſpicere potterant. Huiuſmodi *quoque eſſe ducimus eos, qui gnari ſint rei familiaris, reique ciuilis. quo fit, vt temperantiam conſeruatricem prudentiæ eſſe dicamus, quippe quæ conſeruet huiuſmodi exiſtimationem, aptam ad res agendas. neque enim omnem exiſtimationem labefactant & euertunt uoluptas, & dolor. nam cum ſciatur* Triangulum *duobus rectis æquales angulos habere, nunquam voluptate, aut dolore ſcientia hęc poterit auferri, verum rerum agendarum conſilia dolore, & voluptate deijciuntur.* Principia *enim rerum agendarum ea ſunt, quorum gratia res ipſæ aguntur, homini autem à voluptate, aut dolore deprauato non continuo occurrit rei agendę principium, aut oportere eius principij gratia, & propter ipſum cætera eligere omnia, atque agere. ſolent enim vitia principium actionis euertere.* Quo *circa neceſſe eſt, prudentiam eſſe habitum, cum ratione uera agentem circa ea, quę hominibus bona habeantur.* Quid? *quòd artis quidem virtutem eſſe dicimus, prudentię vero, non dicimus, ſed ipſam eſſe virtutem.* Et *in arte qui ſponte peccat magis tollerari poteſt, quàm qui in prudentia, vt etiam & in reliquis uirtutibus.* Perſpicuum *eſt igitur prudentiam artem eſſe nullam, ſed virtutem quandam.* Cum *autem duplex ſit animi virtus particeps rationis, erit prudentia virtus alterius partis, eius ſcilicet, cuius vis eſt opinari, ſiquidem opinio & prudentia ſunt eorum, quę poſſunt ſe aliter habere. non tamen prudentia habitus eſt cum ratione tantum, nam huiuſmodi habitus obliuio eſſe poteſt, prudentię, non poteſt.* Quoniam *autem ſcientia exiſtimatio eſt eorum, quæ vniuerſalia ſunt, & neceſſaria, & ea, quæ per argumenti concluſionem explicantur, principia habent, & omnis omnino ſcientia, ratione enim conſtat ſcientia quælibet, conſequitur, vt principiorum earum rerum, quæ ſub ſcientiam cadunt, nec ſcientia ſit, nec ars, nec prudentia. nam quod*

ſcientia comprehenditur,per argumenti cõcluſionem cognoſcitur, ars autẽ & prudentia de his ſunt,quæ poſſunt ſe aliter habere. Sed neq; ſapientia principiorum eſt.eſt enim ſapientis, vt etiam in quibuſdam rebus argumenti concluſione vtatur. Si igitur quibus veri ſumus,et nunquam fallimur,ſiue in his, quę nõ poſſunt,ſiue in his, quæ poſſunt ſe aliter habere ſcientia eſt,& prudentia,et ſapientia; et mens.Ex tribus autẽ ſuperioribus nihil eſt,per quod principiorũ cognitio haberi poſſit,relinquitur vt per mentem, principia cognoſcantur. Sapientiam vero præſtantiſſimis quibusq; in qua q; arte attribuimus,velut Phidiam ſculptorem ſapientem, & Polycletum, ſtatuarium.hic igitur nihil aliud per ſapientiam deſignatur,q̃ ipſius artis virtus & excellentia. Eſſe vero quoſdam putamus ſapientes in rebus vniuerſis,non in ſingulis,neq; in aliqua certa re, vt deſignat Homerus de Margite,quem ait non fuiſſe foſſorem, neq; aratorẽ, neq; in aliqua alia re ſapientem. Ex quibus perſpicuum eſt,ſapientiam præſtantiſſimam eſſe omnium ſcientiarum.oportet aũt ſapiẽtem non tm̃ ea ſcire, quę ex principijs cognoſcuntur, ſed etiam de ipſis principijs veridicum eſſe,ita vt ſapientia mens ſit, & ſciẽtia, ſcientia inquam honoratiſſima, & quaſi caput aliarum ſcientiarũ.

abſurdum eſt autem,ſi quis facultatem ciuilem,aut prudentiam optimam omnium eſſe arbitretur,niſi omnium,quę ſunt in mundo, optimum ſit homo. Quòd ſi ſalubre quidem, & bonum non idem eſt hominibus,& piſcibus,album autem & rectum idem eſt in omni re,& quod ſapiens ſit,idem vbiq; eſſe nullus negauerit, prudens vero,non apud omnes idem.circumſpicere enim ſingula bene, quæ ad ſe attineant prudentis eſſe,omnes fateãtur, & huic ſe,ſuaq; cõmittant. Quo circa & belluas quaſdam prudentiam habere dicunt,ſi quę in his,quæ ad ſui conſeruationem pertineant,quaſi prouidentiã habere videantur. Perſpicuum autem vel hinc eſt, ꝙ non eadem ſit ciuilis facultas cum ſapientia.nam ſi ſapientia ſit rem ſuam bene

gerere

gerere & vtilitates ſibi comparare, multæ erunt ſapientiæ. nec.n. vna quædam facultas eſt, quę commoda omnium curet animalium. niſi forte quis dicere audeat, medicinam eſſe vnam omnium. Quòd ſi nihil melius prudentia eſſe dicatur, ea de cauſa, ꝙ homo cæteris omnibus præſtet animantibus, id nihil refert: quippe cũ homine alia ſint natura longe diuiniora, vt ea, quæ manifeſtiſſime apparent, eminentq́;, ex quibus mundus conſtitutus eſt. Ex his igitur quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, ſapientiã, & ſcientiam, & mentem eſſe eorũ, quę natura honoratiſſima ſunt. Et iccirco Anaxagoram & Thaletem, & alios huiuſmodi ſapientes quidem appellant, prudentes vero non appellant, cum uideant eos ignaros fuiſſe commodorum & vtilitatum ſuarum, eoſdemq́; magna quædam & admirabilia, & cognitu difficilia, diuinaq́; ſcire dicunt, inutilia tñ, quippe quæ ab humanis bonis diſiuncta eſſe videantur. Prudentia vero eſt rerum humanarum, & eorum, quę cadunt in conſultationem. Prudentis enim hoc munus eſſe dicimus bene vt deliberet, & cõſultet. cõſultat ãt nullus de his, quę neceſſitatis lege teneantur, neq; quorum non ſit quiddam vltimum bonum, idq́; parabile. Hinc idoneum ad conſilium capiendum eum eſſe dicimus, qui ratiocinando optimum quod ſit homini, & parabile excogitare poteſt. Nec eſt prudentia tm̃ rerũ vniuerſarum, ſed in ſingulis quoq; verſatur, quippe quę ſit agens, ipſaq́; actio ſingulorum ſit. Quo circa indocti quidam doctis quibuſdã ſunt ad res agendas aptiores. & in quacunq; re experientes imperitis antecellunt. nam ſi quis ſciat leuem carnem facile concoqui, & iccirco conferre ad valetudinem, neſciat autem quæ ſit caro leuis, hic nihil conferat ad valetudinẽ; at qui ſcierit auiculas ſalubres eſſe, & faciles ad concoquendum, hic magis proſit. prudentia autem, ut diximus, in actione eſt. Quare vtraque opus eſt, & quæ circa res vniuerſas, & quæ circa ſingulas uerſatur. ſin minus, hæc præſtat, quę ſingulorum eſt. Fuerit autem & in prudentia quoque

pars quędam, quaſi architectonica, & princeps, eſt enim politiæ &
prudentię idem habitus, ſed non eadem uis, & natura vtriuſque.
eius enim prudentiæ, quę ciuitates tuetur, ea pars obtinet principa-
tum, quę in condẽdis legibus occupata eſt. quæ vero in ſingulis verſa
tur, ciuilis prudentia dicitur, quę quidem actuoſa eſt conſilio adhibi
to. quod enim decretum fuerit, id agendum eſt, tanquam vltimum.
& iccirco qui id exequuntur, ſoli rempublicam gerere uidentur, ſo-
li enim agunt, tanquam opifices. Verum ea maxime dici prudentia
videtur, quæ illum vnum, in quo fuerit attingit, & de communi no-
mine prudentia dicitur, cum aliarum rerum prudentia, tum dome-
ſtica dicatur, tum legum inuentrix, tum ciuilis. cuius alia deliberati-
ua, alia iudicialis. Species igitur quædam prudentiæ eſſe videatur,
quàm maxime ſibi ipſi quempiam proſpicere, ſed tamen plurimũ
differt ab alÿs, quę prudentiæ nomine appellentur. & videtur qui
ſua nouerit, & ea curet, prudens ſolus eſſe, reipublice vero dediti
apparent quodammodo curioſi. Et iccirco Euripides. Quomodo ſim
prudens? cui licebat ſine negotio in exercitu cum cæteris ęquam
portionem accipere. namque curioſos & qui ſuperuacuanea ample-
xantur odere diui. Qui igitur ſibi uacant, quærunt quid ſibi condu-
cat, et illud tantũ agi putant oportere. ex qua opinione euenit, vt hi
ſoli prudentes haberentur. atqui fortaſſe nemo negotium ſuum be-
ne gerat ſine arte rei familiaris tuendæ, et ſine omni tractatione
reipublicę. prętera quomodo ſua cuiquę res adminiſtranda ſit, non
eſt obuium, nec omnibus in prõptu, ſed eget conſideratione et exer
citatione non pauca. cui rei illud ſit argumento, ꝙ adoleſcentes geo-
metræ efficiuntur et mathematici tolerabiles, prudentes uero non
uidentur effici poſſe. cauſa autem eſt, ꝙ ex rebus ſingulis perfici-
tur prudentia, quę uſu et periclitatione cognoſcuntur. adoleſcens au
tem experiens eſſe non poteſt, quippe cum diuturnitate temporis
uſus pariatur. Nam et illud dignum animaduerſione, quare adole-

ſcens

ſcens mathematicus quidem effici poſſit, ſapiens vero, aut phiſicus non poſſit. an ea cauſa eſt, quòd Mathematica fiunt per abſtractioe nem, philoſophię uero et ſapientiæ principia uſu indigent et experimentis. et phiſica quidem non affirmãt adoleſcentes, ſed enunciant tantum, mathematicorum uero diffinitiones non obſcuræ ſunt. pręterea error accidit in conſultationę aut in rebus uniuerſis, aut in ſingulis, uelut ꝙ omnis aqua multi ponderis ſit inſalubris ignorare qſpiam poſſit. aut ꝙ hęc, uel illa ſit multi ponderis. Quòd igitur prudẽtia non ſit ſcientia perſpicuum eſt, quippe quę in ſingulorum pertractatione uerſetur, cuiuſmodi ſunt ea, quę ſub actionem cadunt. menti igitur opponitur quodammodo prudentia. illa enim extremorum eſt eorum, quorum non eſt ratio. prudentia uero inferioris extremi, cuius non eſt ſcientia, ſed ſenſus, non ut tactio, et uiſus, ſed huiuſmodi ſenſus, quo in mathematicis ſentimus triãgulum eſſe ultimum: nam conſiſtatur et illic neceſſe eſt. uerum hic magis eſt ſenſus, q̃ prudentia, ſenſus autem quo utitur prudentia, alia ſpecies eſt.

Quoniam autem quęrere et conſultare differunt. etenim quærere latius patet, quęritq; oĩs qui cõſultat, ſed non continuo ẽt conſultat, qui aliquid quęrit, iam de recta conſultatione perquirendum. quidnam ea ſit, utrum ſcientia aliqua, an opinio, an recta coniectura, an aliqd aliud genus huiuſmodi. at q ſciẽtia qdẽ non eſt. nemo. n. quęrit de eo, quod ſciat. recta autem conſultatio, conſultatio quędam eſt. qui uero conſultat, quęrit et ratiocinatur. Sed nec bene coniactare erit idem quod bene conſultare. etenim bona coniectura ſubito fit, ſine rationis cogitatione, deliberant uero et conſulunt multo tempore. uulgoq; dicitur, oportere quę decreta fuerint cito confici, mature uero deliberare. Quid ? quòd ſolertem eſſe non idem eſt, quod eſſe bonum conſultorem, atqui ſolertia idẽ eſt, qđ recta coniectura, ſed neq; recta conſultatio opinio ulla fuerit, ut eñ q̃m q male conſultat, errat, q uero bene, recta deliberat,

patet bonam conſultationem regulam eſſe quandam, & vt ita dicã directionem, non quidem ſcientię, neq; opinionis, ſiquidem ſcientia regulam nullam deſiderat, nec enim eſt error in ſcientia, opinionẽ uero dirigit ueritas. Et ſimul iam determinatum, certumq; eſt omne id, cuius eſt opinio. atqui non ſine ratione eſt recta conſultatio. Inferior eſt tamen cogitatione, quippe quæ nihil affirmet, quod facit opinio, nec enim quęrit qui oppinatur, ſed iam aliquid affirmat. Qui vero conſultat, ſiue bene, ſiue male conſultet, inquirit aliquid, et ratiocinatur. Relinquit igitur, vt recta conſultatio conſilium dirigat. Quo circa de conſilio quęrendum quidnam ſit, et in qua materia verſetur. Qm̃ vero dirigere pluribus modis dicitur, perſpicuum eſt, non quamlibet conſilij directionem, bonam eſſe cõſultationem, etenim intemperans, et prauus quod ſibi propoſuerint ad vidẽdum, ratiocinando conſecuntur. Quare recte quidem conſultauerint, ſed id de quodam magno flagitio admittendo. uidetur autem bonum aliquod eſſe, bene conſultaſſe. huiuſmodi enim directio conſilij eſt bona conſultatio, ut boni aliquid aſſequatur. uerum poſſumus id conſequi etiam falſa ratiocinatione, et quod opus fuerit adipiſci, ſed non per id, per quod adipiſcendum erat, ſed medium quaſi terminũ falſum eſſe, Quare neq; ea erit bona conſultatio, per quam id quidem, quod opus fuerit conſequamur, ſed non per id, per quod conſequi conueniebat. pręterea poteſt quis multo tempore conſultando adipiſci quod ſtudeat, poteſt et ſubito, quorum neutrum ſimpliciter bona cõſultatio dici poteſt. Verum bona conſultatio directio huiuſmodi eſt, quę ex utilitate fit, et eius rei, qua opus fuerit, et quemadmodum conuenit, et qñ. his enim recta conſultatio continetur. Ad hæc eſt ſimpliciter et abſolute recte conſultare, et eſt ad aliquem finem. recta igitur conſultatio ſimplex, et in uniuerſum ea eſt, quę dirigit ad finem ſimplicem, extremum, et ultimum bonorum, ſingulę autem rectę conſultationes ad certos quoſdam fines referuntur. ſi igitur

prudens

prudentum eſt bene conſultare, erit bona, et recta conſultatio huiuſmodi, quæ dirigat ad aliquem finem, cuius prudentia vera exiſtimatio fuerit. Eſt etiam ſagacitas & ei contraria tarditas, vnde ſagaces dicimus, & tardos. nec omnino ſagacitas idem eſt, quod ſcientia, aut opinio. omnes enim eſſent hac ratione ſagaces. nec eſt vna aliqua ex ſingulis ſcientiis, velut medicina, eſſet enim de rebus ſalubribus. aut geometria, nam magnitudines pertractaret. Sed neq; de ſempiternis, & immobilibus ſagacitas eſt, nec de his, quæ quoquomodo fiant, ſed de his, de quibus dubitari, & deliberari poſſit. Quocirca in hiſdem verſatur, in quibus & prudentia. nõ tamen idem eſt quod prudentia. eſt enim prudentię præcipere, & quid faciendum, aut non faciendum præſcribere, ſagacitas autem vim tm̃ habet iudicandi, cerniturq; in his, de quibus eſt prudentia, cum ab altero dicuntur, dijudicandis. Eſt etiam ſententia quę vocatur, vnde eſt, recte ſentire, & ſi quid ego ſentio, & optima ſententia iudicare. Eſt autem ſententia æqui & boni viri iudicium, isq; in quo hæc fuerit, ęquus et bonus, & ad ignoſcendum facilis & propenſus, potiusq; ſemp aliquid de ſummo iure remittens. omnesq; iſti habitus ad idem referuntur. ſententiam enim, & ſagacitatem, prudentiam, & intelligentiam in eoſdem conferimus, eosq; ſententia valere, & intelligentia præditos, tum prudentes, ſagacesq; uocamus, quæ facultates extremorũ ſunt, eorundemq; ſingularium. & q aptus fuerit ad iudicãdũ in his rebus, de quibus eſt prudentia, hunc ſagacem, & bene ſentiẽtem, & ad veniam propenſum eſſe dicimus. Aequũ enim & bonum maxime commune eſt ex omnibus bonis, quippe quod foris, & ad aliorum commoda pertineat. actio autem omnis in extremis, & ſingulis rebus poſita eſt. eamq; prudens cognoſcat oportet. et ſagacitas ſententiaq; poſitæ ſunt in rebus agendis, quę, ut diximus, extremorum ſuut, & rerum ſingularum. Itidemq; mens extremoꝝ eſt vtrorumq;, nam primi & extremi termini mente ipſa, non ratione cõſ

prehenduntur, eademq; mens partim poſita eſt in his demõſtrandis, quę prima ſunt, quæq; mutari non poſſunt, partim in rebus agendis extremę & ſingularis enunciationis, & his, quæ omnino hoc, vel illo modo cadere poſſunt. quę enim ſingulariter aguntur, principia ſunt eius finis, cuius gratia ea ipſa ſingularia ſumuntur, & ex ipſis ſingularibus vniuerſalia colliguntur. horum igitur ſingulariũ oportet habere ſenſum, qui quidem non alius eſt, q̃ mens ipſa. Quo circa naturalia hæc eſſe videtur, & natura nullus ſapiens dicitur, ſed pręditum eſſe optima ſententia, & ſagacitate, & mente natura contingit. Cui rei argumẽto fuerit, quòd ea ætates comitari arbitramur, & certam ætatem pollere ſententia, et mente, tanquam ea interuallo quodã tẽporis natura afferat, & non ſtatim à principio. Quo circa principium et finis mens eſt. ex his enim, & de his demonſtrationes efficiuntur. ex quo fit, vt credendum ſit confirmationibus, & opinionibus ſeniorum, & prudentum, & eorum, qui uſu, & experientia valent, & non minus his fides adhibenda, quàm demonſtrationibus, ſiquidem ex longa rerum pertractatione quaſi oculorum lumen conſecuti vident principia rerum. Quid igitur ſit ſapientia, & prudentia, & in quibus vtraq; uerſetur, & ꝙ vtraq; virtus, non tamen eiuſdem animæ partis hactenus dictum fuerit. Poſſet autem quiſpiam dubitare, quidnam hi habitus afferant vtilitatis. Sapientia enim nihil contẽplatur, quo ſit hominum uita beatior. ad nullam. n. rem aggreditur peragendam. nec omnino quicq̃ gignit, quo ſint homines beatiores. Prudentia vero operatur illa quidem, ſed tamen cuius rei gratia ea indigeamus? ſi quidem prudentię munus eſt in rebus iuſtis uerſari & honeſtis, & homini vtilibus. hęc autem ſunt quæ, viri boni eſt agere. Nihilo autem magis aptiores ſimus ad agẽdum ea re, ꝙ ſciamus, q̃ iuſta ſint, & honeſta, & vtilia, ſi quidẽ virtutes ſunt habitus. Queadmodũ medicus, aut pędotriua, qui ita ab habitu dicant, nõ ꝙ quicq̃ efficiant, nihilo magis actuoſi ſint, ꝙ me-

dicinę

dicinę artem teneant, aut exercitationis. Quòd ſi nō huiuſmodi gratia prudentia appetenda eſt, ſed vt bonorum morum ſtudioſi efficiamur, his qui iam boni ſunt, ea nihil proderit: bonis autem eſſe cupientibus quid magis proſit, ſi ipſi prudentia præditi ſint, quàm ſi aliorum prudentum præcepta ſequantur? ſatis eſt enim parere alijs, vt in valetudine quoq; fit recuperanda: nam vt etiam in priſtinam valetudinem reſtitui cupiamus, non tamen medicandi artes inquirimus, & adiſcimus. ſat enim medicum adhibere, cuius preſcripta ſequamur. pręterea abſurdum eſt ſi cum prudentia deterior ſit ſapiētia præſtantior ea ſit. quę enim actuoſa eſt, principatum tenet, & imperat in vnaquaq; re. Hæc cum dubitationem faciant, diſcutienda ſunt. Primum igitur dicimus, ſapientiam, prudentiamq; eſſe propter ſe expetendas, vt etiam in nulla actione verſarētur, quippe quæ virtutes ſint vtriuſq; aīæ partis, altera alterius. deinde aliquid operātur, non vt medicina valetudinem, ſed quemadmodum efficit valetudo corpora bene affecta, ſic fælicitatem ſapientia. nam cum pars ſit totius uirtutis, poſſeſſio ipſius & agitatio parit fęlicitatē. Pręterea pficitur vnumquodq; opus prudētia & uirtute morali. virtus. n. finē inuenit rectum. prudentia vero pręparat quæ ad finem conſequendum pertineant. Eius autem uis animæ, qua corpora tantum nutriuntur, nulla eſt huiuſmodi uirtus. nec enim eius eſt, ut agat aliquid, aut non agat. ad id vero, quòd nihilo aptiores prudentia reddat ad honeſtas res, & iuſtas peragendas, paulo altius repetendum eſt, huiuſmodi ſumpto principio Quemadmodum enim non quoſcunque iuſtitiæ munere fungentes, iuſtos etiam continuo appellamus, vt qui legum iuſſa faceſſunt, aut ui coacti, aut ignoratione, aut aliqua alia de cauſa, non propter uirtutem ipſam, quia rectum ſit ita agere, cum tñ id agant, quod agendum ſit, et quę uirū bonū, et offici ſtudioſum deceat, ſic contingere poſſe uidetur, aliquem ſic affectum ſingula agere, vt inde vir bonus haberi debeat, velut ſi ex

propoſito agat, aut eorum ipſorum cauſa, quæ agantur. Propoſitū igitur ut rectum ſit efficit uirtus, quę autem illius gratia ſint agenda, iam non virtutis eſt conſtituere, ſed alterius facultatis. dicendum eſt autem de his apertius. Eſt igitur uis quædam, quæ calliditas nominatur, quæ huiſmodi eſt, vt quę ad propoſitum finem conducant, poſſit & conſequi, & efficere. Quòd ſi propoſitus finis honeſtus ſit, laudanda eſt, ſin minus, iam non calliditas, ſed verſutia nominabitur, minimè commendanda. Quo circa prudentes etiam callidos, & verſutos nominare ſolemus. eſt autem prudentia non omnino uis hæc, ſed tamen non ſine ipſa, habitus autem prudentiæ non inhęret in hoc animi oculo, in parte uidelicet mentis agente, non inquam inhæret ſine uirtute, vt etiam dictum eſt prius, & perſpicuum eſt. nam propoſito ad agendum fine quicunq; is fuerit, inde rationes rerum agendarum inicium capiunt. qui quidem finis non niſi viro bono ſe ſe offert, et apparet, quippe cum prauitas hominem diſtrahat, & in fraudem inducat in iudicandis finibus, vnde principia ſumuntur rerum agendarum. quæ, cum finibus congruere debeant, ſitq; prudentis ea inuenire, perſpicuum eſt, neminem niſi bonum prudentem eſſe poſſe. Rurſus igitur de uirtute conſiderandum nam quemadmodum prudentia cum calliditate, non illa quidem eadem eſt, ſed tamen ſimilis, eodem modo ſe uirtus naturalis ad eam, quæ propriè virtus appellatur. omnibus enim ferè omnia, quę ad mores pertinent, natura quodammodo exiſtere videntur, nam & iuſtitiam, & temperantiam, & fortitudinem, & alia eiuſdem generis, à primo ortu habemus, ſed tamen id, quod vere bonum ducimus, aliud quiddam ab iſtis eſſe volumus, & alia ratione ſe habere. nam & pueris & beſtijs naturales habitus inſunt, verum hi remota mente intelligentiaq; detrimenta potius importare videntur. Et enim quemadmodum in corpore robuſto, ſi abſq; oculorum aſpectu moueatur, fit plerunque magna offenſio ob eam cauſam, quòd nō videat, quo feratur,

ratur, ſic & in habitu naturali, quòd ſi mens accedat, & intelligentia in rebus agendis excellet, & ille innatus habitus efficietur proprie virtus. Quam ob rem quemadmodum in parte animi opinante duæ ſunt ſpecies, calliditas, & prudentia, ſic & in moribus vna virtus eſt naturalis, altera, quę uſu comparatur, quæq; proprie uirtus nominatur. quæ quidem non perficitur ſine prudentia. Quo circa dicunt nonnulli uirtutes eſſe prudentias. Et Socrates quidem partim recte ſentiebat, partim errabat, & in eo quidem errabat, ꝙ virtutes omnes prudentias eſſe arbitraretur, ꝙ autem non ſine prudentia eſſe exiſtimaret, in eo recte ſentiebat. Quod et ex eo cognoſci poteſt, quia oẽs cũ uirtutẽ diffiniãt, habitũ eſſe dicũt, et his noĩatis, quoꝝ habitũ eẽ velint, addunt ſecũdũ rectã rationẽ, recta ãt ratio ex prudentia manat. Oẽs igit̃ quodãmõ diuinare uidẽtur huiuſmodi habitum virtutem eſſe, qui quidem à prudentia dirigatur. Verum cum hęc diffinitio quaſi manca eſſe videatur, perficienda eſt. neq; enim ſat eſt, vt uirtus ſit habitus ſecundum rectam rationem, ſed etiam cum recta ratione ſit oportet. recta autem ratio in his rebus prudentia eſt. Socrates igitur uirtutes ipſas rationes eſſe arbitrabatur, quippe cum ſcientias eas omnes appellaret. Nos autem dicimus non eas quidem rationes eſſe, ſed tamen cum ratione. Ex his igitur quę hactenus dicta ſunt, perſpicuum eſt, neminem proprie bonũ eſſe poſſe, niſi prudentia quoq; pręditus fuerit, nec prudentem ſine uirtute morali. Verum & hinc ea ratio ſoluitur, qua poſſit quis credere, uirtutes diſiungi aliam ab alia, nec contingere poſſe, vt aliquis ſit idoneus ad oẽs, ſed iam vnam quampiam habere poſſe, aliam nondũ aſſecutum. hoc quidem valẽt in uirtutibus naturalibus, ſed in his, vnde abſolute quis bonus dicitur, locum non hẽt, ſimul enim cũ prudẽtia, quæ vna eſt, omnes alię inerunt. Et perſpicuum eſt, ut etiam prudentia nihil ageret, tamen ea opus eſſe, cum animi cuiuſdam partis ſit uirtus. huc accedit, ꝙ ſine prudentia electio recta eſſe non queat,

quemadmodum nec ſine virtute. nam hæc quidem finem inuenit rerum agendarum, prudentia vero ea curat agenda, quę ad finem pertineant. at qui prudentia nec præſtantior quidem ſapientia fuerit, nec melioris, q̃ ſapientia aĩ partis, quemadmodum nec medicina melior eſt ualetudine. nec enim medicina valetudine utitur, ut inferiore, ſed potius proſpicit quemadmodum paretur, et parta retineatur. Imperat igitur & pręcipit prudentia ſapientiæ gratia, non ipſius ſapientiæ domina eſt. nam prudentiam ſapientię præſtare ſi quis exiſtimet, ſimiliter faciat, ac ſi arbitretur, rationem ciuilem deis quoque præeſſe ea de cauſa, ꝙ de omnibus iubeat et mandet quę ſint in ciuitate.

FINIS SEXTI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER SEPTIMVS.

POST hęc autem, alio ſumpto principio, dicendum eſt, morum fugiendorum tria eſſe genera. vitium, incontinentiam, immanitatem. atq; contraria primis duobus perſpicua ſunt. alterum.n. virtutem, continentiam alterum uocamus. Immanitati uero opponenda maxime eſt uirtus quędam pluſquam humana, heroica ſcilicet, atque diuina, ut Homerus Priamum facit loquentem de Hectore, quòd mirandum in modum pręſtans eſſet, ita ut non mortali ex homine, ſed ex deo natus eſſe videretur. Quòd ſi, ut dicitur, efficiuntur ex hominibus dij ob uirtutis pręſtantiam, id nimirum efficit huiuſmodi quidam habitus et affectio, quę ſit immanitati contraria. Nam quemadmodum ferę non eſt uitium, neque virtus, ſic neq; dei. verum dei eſt aliquid aliud uirtute præſtantius. ferarum uero aliud genus eſt à uitijs diuerſum. Qm̃ autem rarũ eſt eſſe diuinum hominem, ut Lacones appellare conſueuerũt, q cum quempiã uehementius admirent, diuinum hominem uocant, ſic et natura iſta ĩmanis, et fera inter homines rara eſt, et ſi quãdo exiſtat, apud Barbaros pręcipue reperitur. efficiuntur autem huiuſmodi nonnulli propter ęgritudinem, et quandam corporis affectionem. homines ẽt crudeles et facinoroſos, et õino, q uitijs excellãt, ĩmanes et feros appellare cõſueuimus. Verũ de huiuſmodi habitu et affectiõe ĩ ſequẽtibus pſcrutabimur. De uitioſitate ãt dictũ ẽ prius. Nũc uero de ĩcõtinẽtia, et molicię, delitijsq; dicendũ eſt. itẽq; de cõtinentia et toleran-

tia.nec enim hæ in hiſdem affectionibus ponendę ſunt,in quibus prauitas,& uirtus,nec tamen in genere diuerſo.Verum neceſſe eſt ut, quemadmodum in alijs fecimus, prius propoſitis et quę de his uulgo dicantur,& quę in dubium reuocentur,ita demũ doceamꝰ maxime quidem omnia,quę in his affectionibus probabilia fuerint, ſin minus,at pleraq;,et præcipua quęq;.nam ſi dubia diſſoluta fuerint, et probabilia relinquantur,ſatis de illis explicatum uideri poſſit.apparet igitur continentia atq; tolerantia in bonorum, laudabiliumq; genere reponi debere.Incontinentia uero,& molicies, malorum et uituperandorum.et eundem eſſe aiunt continentem cum eo, qui in ratione conſilioq; ſuſcepto perſiſtat. itemq; incontinentem non differre ab eo,qui à ſententia deſiſtat.Et incontinens quidem ſciens et prudens ſequitur deſideria praua, ablatus affectibus. contra abſtinet continens,rationi obtemperans. Et temperantem quidem continentem ẽt tolerantemq; eſſe uolunt.contra vero,continentem alij tẽperãtem eſſe,quemlibet,alij,non quemlibet.Intemperantemq; incontinentem eſſe,et contra incontinentem intemperantem,alij uero eos inter ſe differre ſentiunt.Prudentem uero nunc quidem incontinentem effici poſſe negant,nunc exiſtere prudentes quoſdam, qui etiã ſint incontinentes.Pręterea incõtinentes irę quo q; dici, et honoris, et lucri.Quę igitur vulgo dicantur hęc ſunt. Verum quæſtio exiſtere poſſit, quo pacto quis recte exiſtimans incontinens eſſe poſſit. Sciens igitur uir fieri non poſſe confirmant,ut incontinens ſit.ſiquidem abſurdum eſſe Socrates arbitrabatur, ſi cum ineſſet ſcientia, aliquid tamen aliud hominem poſſideret, et tanquam mancipium, quo vellet, induceret Sed Socrates omnino rationi repugnabat,quaſi nulla eſſet incõtinentia.Sic enim exiſtimabat,neminem recte exiſtimantem agere contra honeſtatem.et ſi quando ageret, id accidere ignoratione. hæc igitur oratio pugnat manifeſte cum ſenſibus. Et inueſtigandum de huiuſmodi affectu,ſi per ignorationẽ fiat,qui

modus

Digitized by Google

modus ignorationis. ꝙ enim qui aliquid incontinenter agat, ante quã in ipſo affectu ſit, non arbitretur ea eſſe facienda, quæ faciat, id q; dem perſpicuum eſt. ſunt autem nonnulli, qui quę ſupra diximus, partim concedant, partim non concedant. Quòd enim ſcientia nihil pręſtabilius ſit confitentur, ꝙ autem nemo deterius ſequatur, omiſſo eo, quod melius viſum fuerit, id non fatentur. & ob hoc dicunt, Incontinentem voluptatibus ſuperari, opinione aliqua, non ſcientia repugnante. atqui ſi opinio, non ſcientia repugnet, neq; firma exiſtimatio, ſed ambigua quædam, qualis eſt dubitantium, venia danda, ſi quis voluptatibus auferatur, neq; in ea infirma ſententia ꝑmaneat contra corroboratas cupiditates. prauitatis vero, cuiuſmodi eſt incõtinentia, nulla excuſatio, neq; rei alicuius, quæ uituperetur. Quòd ſi non ſit infirma opinio, quę repugnet voluptati, ſed prudentia, ꝙ ea ſit fortius quiddam, & vehementius, abſurda res conſequetur, erit enim idem incontinens ſimul, & prudens. Quin illud defendi poſſit, non eſſe prudentis ſponte flagitioſa admittere. Præterea docuimus antea, eum, qui prudentia pręditus fuerit, experientem quoq; eſſe, et in ſingularum rerum tractatione uerſatum, aliasq; virtutes habere, vt non ſit probabile, illum labi, & incontinentem effici. Ad hęc, ſi continentia eſt, dum quis uexatur cupiditatibus immoderatis et flagitioſis, non erit temperatus, continens, neq; continens, temperatus. neq; omnino eſt temperantis, habere prauas cupiditates, aut omnino aliquod nimium. atqui neceſſe erat, ſi temperantia eſſet continẽtia. ꝙ ſi bonæ eſſent cupiditates, prauus eſſet habitus, qui probiberet perſequi eas. & ita ſequeretur, ut non omnis continentia laudaretur. ꝙ ſi imbecillæ eſſent cupiditates, neq; prauę, laus nulla in illis ſuperandis, ſin debiles, & prauæ, quid magnum illis repugnare? Iam vero praua ſit continentia, quę in omni opinione perſiſtere faciat, velut ſi ea falſa fuerit. Quòd ſi ab omni opinione dimouet incontinentia, erit aliqua bona, & laudabilis incontinentia. vt Neoptolemus

ille Sophoclis in philoctete laudabilis, qui ne mendacium dicat, his non ſteterit, de quibus perſuaſus fuerat ab Vlyſſe. Preterea Sophiſticę captiones dubitationem afferunt. nam dum aduerſarium ad abſurda quædam & admirabilia deducere velint, vt ſi id efficiant ingenioſi uideantur, redditur argumenti concluſio plena dubitationis. ligatur enim mens, cum neque aſſentiri velit, quia non probet id quod concluſum fuerat, neque progredi poſſit, cum rationem ſoluere non habeat. Praua igitur continentia ſit, quę perſiſtere faciat in eo, cui aſſenſus fuerit, vt incontinentia probanda, quæ ab eo dimoueat. poteſt autem quadam ratione contingere, vt inſipientia cum incontinentia coniuncta ſit uirtus. contra enim aliquãdo faciunt, quàm ſentiant propter incontinentiam. Cumq; bona, mala eſſe exiſtiment, eáq; non eſſe admittenda propter inſipientiam, conſequitur vt bona, non mala ſequantur. Ad hęc qui voluptatibus ſe dederit ex propoſito, & ſibi perſuaſerit id eſſe bonum, commodior eſt eo, qui non ea cauſa illas perſequatur, ſed propter incontinentiam. ad ſanitatem enim ille facilius reducatur, quia diſſuaderi, & in contrariam partem reuocari queat. incontinenti vero prouerbium illud conuenit, cum guttur aqua ſuffocet, quid adhuc opus eſt bibere? Si enim ignoraret illa non eſſe agenda, quę ſequatur, fortaſſe cum doceretur, abſtineret. nunc vero perſuaſus ea eſſe fugienda, nihilominus à vitio non recedit. Iam vero ſi de omnibus rebus continentia, & incontinentia eſſe poteſt, quis abſolute & ſpeciatim appellabitur incontinens? nemo enim omne genus incontinentię peccare valet. & tamen dicimus eſſe quoſdam ſingulariter incontinentes. hæ igitur ſunt dubitationes, quę in his occurrunt. quę partim diluendæ ſunt, partim dimittendę, Dubitationis enim ſolutio rei ipſius inuentio eſt. Primum igitur de incontinentibus conſiderandum, vtrum ſcientes peccent, & quomodo ſcientes. deinde quibus in rebus continentia, & incontinentia ponendæ ſint. volo autem dicere, vtrum

in voluptate, & dolore reperiantur, an intra quoſdam limites rerum contineantur. Tum illud quærendum, vtrum continens ſit idem, qui tolerans, an alius ab illo. & eodem modo alia inueſtiganda ſunt, quæ ad hanc diſputationem pertinere uideantur. Eſt autem inicium conſiderationis, vtrum continens & incotinens, quaſi materia differāt, in qua verſentur, an affectione ipſa, an vtriſque. dico autem, vtrum incontinens ea ſola cauſa ſit incontinens, quòd in aliquibus certis rebus uerſetur, an quòd certo modo affectus ſit, an ob vtrunque incontinens dicatur, & quia certam quaſi materiam habeat, in qua verſetur, & quia ſit quodāmō affectus. Deinde oīum ne reū ſit incōtinentia, et cōtinētia. an ſint illis certi quidam limites, intra quos contineantur. Nam quem proprie vocamus incontinentem, non in omnibus is quidem verſatur, ſed in his tantum, in quibus & intemperās, non ꝙ hiſdem eodem modo teneatur penitus & omnino, nam nihil inter ſe different, ſed ꝙ eadem non eodem modo affecti perſequantur. ſiquidem intemperans ſua voluntate ducitur, exiſtimans pręſentem quamq; uoluptatem nunquam oportere dimitti. Incontinens uero non ſic quidem rem habet, & nihilominus peccat blanditijs & illecebris ductus uoluptatū. Quòd igit opinio vera ſit, nō autem ſciētia, contra quā incōtinentes ſint, ad rationē nihil differt. Sunt. n. qui cùm aliquā rem opinentur, de illa quidem non dubitent, ſed pro certo ſe ſcire arbitrentur. Si ergo opinantes, quia leuiter credant, magis quàm ſcientes agere dicemus contra, q̄ agendum exiſtiment, id quidem non ſatis probat, nec diſtabit ab opinione ſcientia. quidam. n. credunt nō minus q̄ opinentur, q̄ alij, q̄ ſciunt. quod ex Heraclito cognoſci pōt, q cum motum nō eſſe opinaret, id ita credebat, ac ſi pro certo habuiſſet. Sed qm̄ dupliciter ſcire dicimus. nā et q ſcientiā qdē habeat, nō tn̄ ea utat, & q vtat, ſcire dicit, ītererit īter eū, q ſciētiā teneat, nec ex ea agēs peccet, et eū, q et teneat, et ex ea agat. Hoc. n. abſurdū eē uī, ſi ſciēs et volēs, nō ſi īcōſiderate qsvoluptates, et libidi

nem perſequatur.Prętérea cum duo ſint genera enunciationum, eũ
qui vtrunq; teneat,nihil pro hibet agere præter ſcientiam, vt ſi ge=
nerali quidem ennnciatione vtatur,ad definitam vero, quæ eſt de re
bus ſingulis,non animaduertat.Ea enim quę aguntur, ſunt de rebus
ſingulatim ſumptis.Et id etiam quod in vniuerſum enunciatur, du=
pliciter accipitur,nam aut de homine ipſo eſt , vt ꝙ omnibus homi=
nibus ſicca conducant,aut de re,velut quod huiuſmodi ſit,verbi cau
ſa amarum,id eſſe ſiccum . Qui igitur ſcierit omni homini ſicca
prodeſſe,ſibi quoq; ſciet profutura.in altera vero enunciatione,non
item.qui enim ſciet quod huiuſmodi ſit,id eſſe ſiccũ , non continuo
ſciet hoc,aut hoc huiuſmodi eſſe,aut ſi ſcierit, non vtetur.In his igi
tur modis magna inerit differentia,ita, vt aliter, & aliter ſciendo,
mirandum,& non mirandum ſit eſſe aliquem incontinentem. Præ=
terea alia ratione ab his,quę dictę ſunt, contingit habere ſcientiam.
eſt enim habitus diuerſus eorum,& qui prędití ſcientia ſunt,& ea
vtuntur,& eorum,qui præditi quidem ſunt,ſed non vtuntur , ita ut
iſti & habere ſcientiam,& non habere videantur, vt eſt de dormiẽ
te,& inſano,& vinolẽto,atqui ſic affecti ſunt,qui affectionibus,&
animi perturbationibus occupantur.Iræ enim, & rerum venerearũ
cupiditates,& id genus alia,corpora immutent. quoſdam etiam in=
ſanos reddunt.perſpicuum eſt igitur,horum ſimiles dici debere in=
continẽtes.Ac ne illud quidem argumentum eſt agendi ſecundũ ſciẽ
tiam,ꝙ aliqis ſermones proferat ex media,ut dicitur , ſcientia de=
promptos.nam iſtis ipſis perturbationibus occupati nihiloſecius ra=
tionis concluſiones proferunt,& ex Empedocle, *aut alio perdiffici*
li ad intelligendum authore carmina pronunciant . Et *qui primo di=*
ſcunt,verba quidem proferunt, nondum tamen quę uis illis ſubijcia
tur,intelligunt. Eorum *igitur notitiæ imprimendæ ſunt , & mente*
concipiendæ.ad quod tempore opus eſt. Q*uare quemadmodũ iſtrio=*
nes,qui quę agant non intelligunt,ſic etiam incontinentes dicere iu=

dicandi

dicandi ſunt. Præterea ſic etiam naturali quadā ratione poterit cauſa cognoſci. opinio enim partim generalis eſt, partim de ſingulis rebus, quæ iam ſenſui ſubijciuntur. Cum autem ex utraq; opinione vna facta fuerit, quod inde concludatur, animus quidem annuat neceſſe eſt, peragant autem facultates hæ, quarum munus eſt in agendo. vt ſi quis opinetur, omne dulce deguſtandum eſſe, et ſingillatim, hoc eſſe dulce, tanquam vnum quoddam de rebus ſingulis, neceſſe eſt, eum qui poſſit, & non prohibeatur, hoc continuo agere, & illud dulce deguſtare. Qñ igitur ratio communiter omnia dulcia deguſtare prohibeat, opinio autem ſit, omne dulce eſſe iucundum, & hoc eſſe dulce, id quidem cupiditas arripit. ita ratio quidē fugere ſuadet, cupiditas uero retinet. poteſt hæc enim quamlibet corporis mouere partem. Quare contingit inter rationem quodammodo & opinionē incontinenter agi, non q̃ opinio per ſe contraria ſit rationi, ſed propter cupiditatem inhærentem, quæ quidem contraria eſt rationi, non autem opinio. Et iccirco belluæ non dicuntur incontinentes, quia non habent eorum comprehenſionem, quæ generatim de aliquo dicūtur, ſed tm̃ ſingularum rerum memoriam & uſum. Quomodo autem ignoratio ſoluatur incontinentis, & rurſus ſciens efficiatur, eadem ratio eſt, quæ de uinolēto, & dormiente, non huius affectionis propria, hæcq; à phiſicis audiēda eſt. Quoniam autem extrema enunciatio, & opinio eorum ſunt, quæ ſenſu percipiuntur, & ab ea proueniunt actiones, qui in perturbationibus occupatus fuerit, vniuerſalē enunciationem, aut non tenet, aut ita tenet, ut non ob id, quòd teneat, ſciat, ſed tantum eo modo proferat, quo uinolentus Empedoclea *carmina. neq; enim extrema enunciatio vniuerſalis eſt, neq; ita efficiēs ſcientiæ, ut vniuerſalis. hæc enim enunciatio, ruta ſalubris eſt, quia amara, non æque ad ſcientiam facit, ut vniuerſalis illa, omne amarū eſſe ſalubre. Quo circa id accidere uidetur, de quo* Socrates *quærebat. non enim cum adſit ea, quæ ꝓprie dicitur ſcientia, affectio exiſ*

*ſtit,nec hæc rapitur affectu,& perturbatione ,ſed quæ ex ſenſibus
oritur ſcientia,ea ſuperatur affectibus. De ſcientis igitur , & non
ſcientis incontinentia,& quomodo ſcientem contingat eſſe inconti
nentem,hactenus dictum ſit. An vero ſit aliquis abſolute incon-
tinens,an omnes particulatim,& cum adiunctione aliqua, & ſi ali-
quis ſit,qui ſimpliciter vocetur incontinens,quibusue is in rebus ver
ſetur,deinceps dicendum eſt.Perſpicuum autem eſt,in uoluptate et
dolore cerni tolerantes,continentesq;, itemq; incontinentes & mol-
les eodem modo.Qm̃ vero uoluptatem efficientium partim ſunt ne
ceſſaria partim huiuſmodi,vt expetenda quidem per ſe ſint,habeãt
tamen exuperantiam vitioſam, neceſſaria autem appello ea quæ ad
corpus pertinent, ad uictum ſcilicet, & uſum procreandæ ſcobolis,
& id genus alia,quæ corporis propria ſunt.in quibus temperantiam
ponimus & intemperantiam.non neceſſaria autem,expetenda tamẽ
ſua ſponte huiuſmodi ſunt,ut uictoria,honor,gloria,diuitiæ, et alia
huius generis,quę in bonis habentur & delectabilibus. Eos igitur, q
hæc prę̨ter rectam rationem quæ in ipſis ineſt,auidius appetunt,ab
ſolute quidem non uocamus incontinentes, ſed cum adiunctione, vt
pecuniarum incontinentes , & lucri , & honoris, & irę . ſim-
pliciter vero,& oĩno incõtinentes nõ dicimus,quaſi diuerſos ab eo,
q proprie uocatur incõtinens,ſic tñ ſimilitudine quadã nuncupates ,
velut hõ ſimpliciter, & hõ qui olympia uicerit.ab huius.n. propria
rõne parum diſtat cõmunis hominis ratio,nec tñ eadem eſt.Quæ di
ſtinctio ex eo pſpici pôt, q incontinentia uituperatur,nõ vt error tã
tum,ſed ut uitiũ,aut ex toto,aut ex parte aliqua.eorũ autem, qui cũ
adiunctione incontinentes dicuntur, nullus,ut improbus vituperat̃ .*

*Ex his ãt,qui corporis voluptates perſequuntur,in quibus tempe-
rãtiam & intẽperantiã cerni dicebamus,nõ qui ex pposito,ſciẽs, &
prudẽs delectabilia magis,q̃ cõueniat,pſequatur, et moleſta fugiat,
vt paupertatẽ ſitim,eſtus,et algores,et oĩa q̃ tactu, et guſtu ſentiun
tur,*

tur, ſed q hęc ꝑter propoſitū, et inſtitutū, ac propriam volūtatē faciat, is incōtinens dicitur, ſimpliciter, et abſolute, nō cū adiunctione rei venereę, aut cibi delicatioris, aut alterius uoluptatis, q̄ ſenſū corporis dulcedine quadā quaſi titillet, quēadmodū dicitur quis incōtinens iræ, lucri, victorię, et id genus alia. Qđ ex eo ꝑcipue intelligi pōt, ꝙ in illis cernūtur intēperātes, in nullo aūt hoꝝ, de qbus modo diximus. Et ieccirco in eodē incōtinētes ponimus, et intēperātes, itē q; cōtinentes, et tēperātes, ꝙ in hiſdem uoluptatibus quodāmodo, doloribusq; uerſentur. quod non fit in his, quos cum adiunctione incontinentes, dicimus. continentes enim, & incontinentes, itemq; temperantes, et intemperantes, ſunt, qui hiſdem rebus tenentur, non tamē eodem modo. uerum hi quidem cū propoſito et electione, illi uero ſine propoſito. Quo circa magis dicimus intemperantes qui ſine ulla, aut non magna cupiditate nimias uoluptates pſecūtur, aut nō ita magnas moleſtias fugiūt, q̄ eos, qui idem faciūt immēſa quadam cupiditate cōpulſi. Quid. n. ille facturus eſſet, ſi iuuenilis quędā cupiditas accenderet in uoluptates, aut ex rei indigentia libido uehemēs, cum ſine ulla, aut non magna cauſa labatur? Quoniam autem ex deſiderijs, et uoluptatibus quædam in eo genere ſunt, vt pulchra et honeſta habeantur, nam iucunda partim ſunt natura expetenda, partim fugienda, partim inter hæc interiecta, quēadmodum prius etiā diuiſimus, ut pecunia, lucrum, uictoria, honor, hæc omnia, quę ſunt natura expetenda, et intermedia ſi quis cupiat et amet, ad eaq; afficiatur, nō ideo uituperatur, ſed ſi id immoderate faciat. Quo circa qui pręter rationem et modum, aut ſtudijs quibuſdam detinentur, aut pſecūtur coꝝ aliqd, q̄ naturaliter laudabilia ſunt, ut q honores magis, q̄ deceat, aucupētur, aut liberis, et parētibus plus æquo ſtudeāt, et tribuāt, reprehēſiōe nō carēt. nā hęc et ſi ī bonis habeātur, et ſtudio digna ſint: ſunt tñ ī illis quoq; exuperātię quędā uitioſę. vt ſi qs ābitioſe: ut de Niobe dicit: cū dijs pugnet: aut erga prēm īſano amore teneat: ueluti ſatirus: q ob id philopater dictus ē, qui q; tāto

amore inſaniebat, ut defuncto p̄re, ne ipſe quidem illi ſuperſtes eſſe uoluerit. Prauitas igitur nulla eſt in his perſequendis, quia unum= quodq; eorum eſt per ſe naturaliter expetendum, ſed praue ſunt & fugiendę exuperationes. Eadem ratione neq; incontinentia ſimplici= ter & abſolute aliquid eorum dicitur, ſiquidem incontinentia nō tan tum fugienda eſt, ſed etiam uituperanda eſt, Verum ob affe= ctionis ſimilitudinem adiuncto ad incontinentiam nomine eius, quod nimium quis ſequatur, lucri eum, aut honoris incontinentem appellamus, ſimili ratione, ut cum dicimus malum medicum, & malum hiſtrionem, quem abſolute malum non diceremus. Quem= admodum igitur horum inſcientia malitia ſimpliciter non eſt, ſed ratione quadam malitiæ ſimilis, ſic uidelicet & illic exiſtimandum eſt, eāeſſe continentiam & incontinentiam, quę in hiſdem uerſant, in quibus temperantia & intemperantia. honoris uero, et diuitiarū incontinentiam dicimus ſimilitudine quadam, et iccirco id facimus cum adiunctione, incontinentes irę, et honoris, et lucri appellantes.

Quoniam uero quædam iucunda ſunt natura, et ex his partim abſolute iucunda, partim pro generibus animalium, hominūq;, alia uero iucunda quidem ſunt, ſed non natura, uerum partim propter morbos aliquos, alia propter conſuetudinem, partim ob naturas de= prauatas, eſt et in his ſingulis, ut conſimiles habitus ſimiles affectio nes conſequantur. Ex quibus quoſdam ferinos et immanes dicimus. ut de muliere, quam dicunt, reſciſſo uentre pregnantium, fœtus de= uorare ſolitam, aut de quibuſdam gentibus ad puntum incolentibus. Quarum aliæ crudis, humanis alię carnibus ueſcuntur. alię inter ſe liberos ad conuiuia fœnerantur, aut quod de phalaride fertur, qui ſuum ipſius filiū comederit. Huiuſmodi igitur habitus ſunt imma nitate efferati. alij propter morbos et inſaniam quibuſdam inhære= ſcunt, ut qui matrem ſacrificauit, et comedit. et qui cōſerui cor de= uorauit, alij autē ex longa ualetudine innaſcuntur, aut cōſuetudine,

velut capillorum euulſiones, & vnguium roſiones, itemq; carbonũ, & terrę comeſtiones. ad hęc affectio in maribus muliebria patiẽdi, quæ tum natura, tum conſuetudine contingunt, vt qui à pueris ad id aſſueuerint. Qui igitur natura tales fuerint, hos nullus appellat incõtinentes, quemadmodum nec mulieres, ꝙ patiantur, non agant. neq; eos, qui ex uſu valetudinarij ſunt. huiuſmodi autem affectiones limites excedunt vitioſitatis, quemadmodum & immanitas. nec ſic affectus ſi vincat, aut uincatur, ea cauſa incontinens, aut continẽs dicendus eſt, niſi per ſimilitudinem quandam. quemadmodum & iracundos incontinentes uocamus pro illa duntaxat perturbatione, abſolute vero incontinentes non dicuntur. Quęlibet enim inſignis malitia, & amentia, & timiditas, & intemperantia, & diritas partim ex natura quadam ferina, partim ex ęgritudine ſunt. nam qui natura huiuſmodi ſit, vt omnia metuat, etiam muris ſtrepitum, hic timiditate quadã ferina præditus fuerit. Qui vero muſcipulam formidabat, ea illi timiditas inhæſerat ex morbo. Et inſipientes, qui à natura ratione carent, & ſenſu tantum, vt ſi eſſent beſtię, mouentur, ferina natura ſunt, & immani. vt gentes nõnullę eſſe dicuntur in extremis oris barbaroꝵ. Qui verò non naturaliter à ratione deſtituuntur, ſed morbis impediti, vt furioſi, & qui comiciali morbo corripiuntur, hos inſanos & morboſos nũcupamus. His autem affectionibus, de quibus diximus, poteſt aliquando quis teneri, ſed ita, vt non vincatur, ut ſi phalaris cupiens eſſe filium, aut ad coitum habuti, abſtineat. Eſt vero vt nonnunquam affectionibus obtemperent. Quemadmodum igitur uitium nunc quidem abſolute vitium dicitur, quod ſcilicet in hominem cadere ſolet, nunc uero cum adiunctione, ꝙ ferinum ſit & immane, aut ex morbo proueniẽs, eodem modo perſpicuum eſt, & incontinentiam partim eſſe ferinam & immanem, partim ex egritudine prouenire, ſimpliciter autem & omnino eam tantum dici incõtinẽtiam, quę humanã conſuetudinem nõ excedat, quod

igitur continentia, & incontinentia in his tantum cernantur, in quibus temperantia quoq;, & intemperantia, & ꝙ in alijs rebus ſint aliæ ſpecies incontinentię, quę ſic quadam ſimilitudine, non ſimpliciter dicantur, hactenus dictum ſit. Quòd autem minus turpis ſit iræ, q̃ cupiditatum incontinentia, hinc uideamus. Ira enim rationem quidem attendere videtur, ſed ea, quę dictet, non ſatis percipere, perinde atq; præcipites miniſtri, qui antequam id, quod dicatur ex toto audierint, ſtatim excurrunt, & ſic errant in rebus agendis. Et ut canes antequam uiderint, an ſit familiaris, qui adueniat, ſi tantum ſtrepuerit, adlatrant, ſic ira propter feruentem naturam, cum tantũ audierit, non expectato mandato aggreditur ad vltionem. nam cũ ratio, ſiue etiam uiſio contumeliam factam, aut contemptum indicauerit, ira continuo tanquam concluſum ratione ſit, oportere ei, qui iniuriam fecerit, inferre bellum, ſæuire incipit. Cupiditas autem ſi tantum oſtenderit ſiue ratio, ſiue ſenſus, hoc eſſe ſuaue, preceps excurrit ad fruendas voluptates. ob quam rem ira quidem rationem quodammodo ſequitur, cupiditas uero non ſequitur. turpior igitur. irę enim impotens, eſt vt à ratione quodammodo ſuperetur, cupiditates vero omnem rationem aſpernantur. Pręterea tolerabilius eſt naturalibus affectionibus obtemperare, quemadmodum & popularibus deſiderijs, quæ quo peruulgatiora fuerint, eo citius uenia digna. Ira autem & ſubita indignatio magis eſt naturalis, quàm immenſę cupiditates, et minime neceſſarię, vt ex eo intelligi poteſt, qui ſe purgabat, quòd patrem verberaret. nam & hic inquit patrem ſuum pulſauit, & ille ſuũ, & hic, indicato filio, cum adoleuerit, me pulſabit, eſt enim hoc nobis velut hereditarium. Et ille, qui à filio trahebatur, ſiſtere iubebat ad ianuam, cum ſe quoque ad eam vſq; patrem ſuum traxiſſe diceret. Quid? quòd iniurioſi magis, qui inſidias tendunt. at iracundus nõ inſidiatur, atq; ipſa aperta eſt, cupiditas vero inſidioſa eſt, vt de venere dicitur, quã multiplicem doloſamq; appellant.

lant.baltheumq; illi attribuunt, quo vel prudentiſſimus irretiatur. Quare quo iniuſtior eſt hęc cupiditatis incontinentia, eo deteſtabilior, q̃ ea, quę eſt iræ, quippe quæ ſit abſolute quodammodo incontinentia, & uitium. Præterea nemo vexatus & dolens contumeliam facere dicitur, atqui omnis, qui quid irate fecerit, id dolens vexatusq; facit. Qui vero cõtumelia quempiam afficit, id cum uoluptate facit. Si igitur quę odio ſunt digna maiori, ea iniuſtiora ſunt, & incontinentia cupiditatis iniuſtior erit ea, quę ex ira prouenit, quare & turpior. perſpicuumq; ex his erit, continentiam, & incontinentiam verſari in cupiditatibus, & corporis voluptatibus. Quę quidem diſtinguendæ ſunt, nam, vt ab inicio diximus, aliæ humanæ ſunt, et naturales & genere, & magnitudine, alię ferinę, alię vero ex labefactione & deprauatione aliqua corporis. Harum igitur voluptatum in primis tantum temperantia cernitur, & intemperantia. Quo circa beſtias non dicimus tẽperantes, aut intemperantes, niſi ſimilitudine quadã. & ſi quo oĩno aliud præ alio excellit genus aĩalium, ut petulãtia, ſalacitate, voracitate. nec.n. propoſitũ in belluis eſt, neq; rõ, ſed prauæ natura ſunt, vt furioſi homines q̃ è natura ſua exceſſerunt. Minus ãt malũ feritas ẽ, q̃ humanũ uitiũ, quãuis ſit terribilius. non.n. in belluis pars optima deprauata ẽ, quẽadmodũ in hoĩe, ſed à natura nõ inerat. cõferre igitur feritatẽ cum uitio humano ſimile ẽ, ac ſi de inanimi & animato quæratur, vtrũ deterius, debilior enim improbitas ſemper eſt non habentis agendi principiũ. mens aũt & rõ principium eſt agendi, vt ſi iniuria cũ homine iniuſto cõferatur. longe enim plus nocere valet homo improbus, q̃ fera aliqua. quare vt vir iniuſtus deterior iniuria, & animatum, Inanimi, ſic hominum vitium peius eſt feritate. De voluptatibus autem tactus & guſtationis, itemquè de dolore, deſiderijs, & doloris fuga, in quibus temperantia cernitur & intemperantia, dictũ eſt prius. res autẽ ſic ſe hẽt, vt & vinci hominẽ contingat his, q̃bus ſunt pleriq; ſupiores,

& ea vincere, quibus vulgo ſuperentur. Horum igitur in voluptate quidem ſunt alij continentes, alij incontinentes, in dolore vero, alij molles & effæminati, tollerantes alij, intermedij autem ſunt plurimorum & multitudinis habitus, & ſi magis ad deteriorem partem declinent. Quoniam vero uoluptates partim ſunt neceſſariæ, partim non neceſſariæ. & neceſſariæ quidem ſunt ad certum finem vſq;, quæ autem ad nimium, aut ad parum recedant, non ſunt neceſſariæ, eodem modo ſe res habet in cupiditatibus, & ægritudine. nam qui exuperantiam voluptatum perſequatur ex propoſito, & propter ipſas, nullam aliam ob cauſam, hic intemperans eſt, neceſſe eſt.n. hunc nunquam facti penitere, & iccirco nunquam ad ſanitatem reduci poſſe. quem enim turpitudinis non peniteat, hic nunquam ad honeſtatem deducatur. huic autem contrarius eſt, qui omnino refugit à voluptatibus. Inter hos autem medius interiectus eſt temperatus. Eodem modo & intemperans eſt, qui corporis dolorem fugiat ex propoſito, & conſtituto, non ꝙ eum ferre non poſſit. Eorum vero, qui uoluptatem ſine propoſito perſequuntur, alij ipſa uoluptate ducũtur, alij vt dolorẽ fugiãt à cupiditate puenient tem. ob quã rẽ differũt inter ſe. Oĩno ãt deterior videat', ſi quis minime cupiens, aut remiſſe cupiẽs aliqđ turpe admittat, ꝗ ſi idẽ agat immẽſa quadã ductus cupiditate, & ſi non iratus quempiam verberet, ꝗ ſi ira percitus. quid enim hic faciat perturbatus, quando quieto animo iniurius fuerit? Quo circa intemperans deterior eſt incõtinẽte. Ex his autem quos diximus, alij molles & effæminati ſunt, continentes alij. contrarij uero ſunt incontinenti quidem, continens. molli uero, tolerans. eſt enim tolerantia quidem in reſiſtendo, continentia uero, in ſuperando. diuerſa aũt ſunt inter ſe reſiſtere, & ſuperare, quemadmodum & uincere, & vinci. Quo circa potior eſt continentia, ꝗ tolerantia. Qui autem vincitur in his, quibus plæriq; reſiſtunt, hic mollis eſt, & delicatus. nam deliciæ molicies quædam animi eſt, ut qui ueſtem trahit', ne laboret

ſuſti-

ſuſtinendo,et qui ęgrotū imitatur,non putat ſe eſſe miſerum, cum miſeri ſimilis ſit.ſimilis eſt ratio continētię,et incōtinētię.nō enim ſi quis magna & exuperāti uoluptate,aut dolore uincitur,magnopere mirādum eſt,uerum potius ignoſcēdum, ſi conatus reſiſtere ſuperetur,ut de Philoctete dicitur, cum morſu uiperino cruciaretur. hij igitur non magis uituperandi,q̈ qui riſum cōtinere conati in cachinos erumpūt,id,quod Xenophanti cōtigiſſe dicitur. Verū q quibus pleriq; reſiſtere valeant,vincatur,hic damnādus eſt, Qui uoluptatibus & deſiderijs cōtraſtare nō poſſit,idq; ſua,nō gētis natura, nec ualetudine impeditus,velut apud Scythas ineſt in Regibus mollicies propter naturam generis,& loci,et fæminæ ſunt molliores natura ſexſus.Videri etiam poſſit, qui ſit ad ludum propēſior intemperans eſſe,ſed eſt potius mollis.ludus enim remiſſio requieſq; animi eſt.quam ſequitur immoderate is, qui fuerit ad ludū procliuior. Incōtinentia uero tum eſt ex ſubita temeritate,tum ex imbecillitate. nōnulli enim ut etiam deliberauerint, tamen ex decretis morbo et perturbatione deijciuntur.alij quia nullum in rebus conſilium adhibeāt rapiuntur affectibus.Sunt pręterea qui pręſentiendo, et prouidendo,ac ſeipſos rationemq; excitando à perturbationibus non uincantur,ſiuę illę iucundæ ſint,ſiue cum moleſtia,perinde atq; illi,q modo aliqua uoluptate ſenſus quaſi titillati,ſimili poſtea titillatione nō capiuntur.Maxime uero natura precipites,et melancholici proterua et temeraria laborāt incōtinētia, illi quidem propter celeritatem et properātiam,hij uero,propter uehementem appetitionem, rationem nō expectāt,quippe qui à uiſione,et obiecta ſpecie cōpulſi ſtatim cōſequātur, Eſt autem intemperās,ſicut dictum eſt, quē factorum nulla capiat penitentia, quippe qui maneat in propoſito atq; ſententia.Incōtinētem uero quodammodo facti penitet. Quo circa nō ſic ſe res habet,ut prius dubitando dicebamus, uerum hic quidē ſanabilis,ille uero nunquam ad ſanitatem reuocetur. Aſſimilantur

autem intemperantia, & incontinentia corporis morbis, illa quidem aquæ intercuti & tabi, hęc uero morbis comitialibus. illud enim continens malum, hoc cum interuallis, & omnino diuerſum eſt genus incontinentiæ & uitioſitatis. homini enim neq́ ignotum eſt uitiũ ſuũ. continẽs uero, dum ſententia excedit, ſcit ſe peccare. Ex hoc autem genere minus damnandi qui ſubita affectione ad incontinentiam rapiuntur, quam qui prius recte quidem deliberauerint, ſed decretis nõ ſteterint, ſiquidem minore perturbatione ſuperantur, & non imprę meditati, quemadmodum ſuperiores. ſimiles deniq; ſunt incontinentes his, qui celeriter ebrij efficiuntur, idq; minore uini modo, eiuſdemq; dilutioris, q̃ pleriq;. Perſpicuum eſt igitur incontinentiã non eſſe uitium, verum aliqua ex parte vitium videri poſſit. eſt enim incontinentia pręter propoſitum & electionem, vitium autem ex propoſito & uoluntate. Sed tamen incontinens, et uitioſus in actionibus ſimiles ſunt inter ſe, idemq; de incontinentibus dici poteſt, quod Demodocus de Mileſijs dicere ſolebat, q ſcilicet Mileſij imprudẽtes quidem non eſſent, agerent tamen tanquam ſi eſſent imprudentes. eodem modo & incontinentes, improbos quidem non eſſe, improbe tamen ſe gerere. Quoniam uero incontinens quidem huiuſmodi eſt, vt nimium, et præter rectam rationem corporis uoluptates perſequatur, non quod ſibi perſuaſerit, eas eßе expetendas, ſed quòd ad illas perfruendas, contra q̃ fieri oportere ſentiat, à cupiditate rapiat, et eodem modo dolorem fugiat, Intemperans uero idem faciat perſuaſus ita eſſe faciendum, ille quidem facile ad officium reduci poſſit, hic uero non poſſit. actionis enim principium à uitio quidem labefactatur, à uirtute uero, conſeruatur. atqui in actionibus id, quo cętera referuntur, qđ nihil aliud eſt, q̃ finis, principium habetur, quemadmodũ in mathematicis illa, quę pro conceſſis ſumuntur. neq; igit hic eſt aliqua ratio, per quã principia cõprobent, neq; illic in officio cõſtituẽdo, ſed ipſa uirtus aut naturalis, aut moralis facit, ut de prin

cipio recte iudicemus.hoc q cõſequatur,temperans eſt,q cõtra, intẽperans,Eſt etiã nõnunq̃,ut aliquis motu animi pręceditus à recta ratione diſcedat,quẽ perturbatio peruincit quidẽ,ne recte et ex officio agat,ut autem ſit is,cui perſuaſum ſit , huiuſmodi uoluptates eſſe omnino perſequendas,id uero nulla cupiditas peruincit.hic aũt is ẽ, quẽ uocamus incontinentem, commodiorem intemperante,nec oĩno malum.manet enim in eo id,quod optimum eſt,principium agendi, non deprauatũ.Huic aũt cõtrarius perſiſtit in rõne recta, nec ab ea qđ attinet ad aĩ perturbationes,vnq̃ diſcedit.Ex hoc igitur ꝑſpicuũ eſt hos habitus eſſe,alterum bonũ,alterũ malũ. Queri aũt poteſt, vtrum cõtinens is ſit,qui in quauis ratione,et in quocunq; propoſito ꝑmaneat.an qui tm̃ in recta ratione perſiſtat.Eodem mõ et de incõtinente,utrũ is dicendus,q in quouis propoſito et quauis ratione non perſtet,an qui in falſa,et propoſito non recto permaneat,id,quod ẽt prius dubitationem faciebat.an propter aliud in quacunq;,per ſe vero,in uera ratione,et propoſito recto,continens quidem perſtet,incõtinens uero non perſtet. Si quis enim hoc ob hoc , verbi cauſa vinũ ob id,ꝙ dulce ſit,eligat,aut perſequatur,per ſe quidem dulce ſequitur et eligit, propter aliud autem uinum . per ſe uero expeti dico, quod abſolute et omnino expetitur.Quare ſimpliciter quidem in uera ſententia continens permanet,incontinens non permanet, in quacunq; uero propter aliud itidem continens manet, non manet incontinẽs.Sũt aũt quidã in opinione ſua ꝑſeuerãtes,quos ꝑtinaces uocãt, quos non facile de ſententia deducere,et alio traducere queas,qui ita ſimiles ſunt cõtinentibus,ut largitioſus,liberali.et audax,uiro forti. differunt aũt inter ſe plurimum.Continens.n.nulla affectione , aut cupiditate diſcedit á ſentẽtia.ꝑtinax uero nõ cædit rationi, nã et cupiditatibus ducit̃,et plerũq; uoluptatibus.ſunt ãt ꝑtinaces indociles et agreſtes,qui ſententiã ſuã obſtinatius deffendunt , idq; faciũt aut uoluptate ducti,aut dolore coacti ,nã et uictoria gaudẽt , cũ diſſua-

deri ſe nō permiſerint, et mærent, ſi eorum irrita fuerint quaſi decreta. quo circa incōtinenti magis ſimiles ſunt, q̃ cōtinenti. Sunt uero alij, qui in his, quę annuerint, ſibi nō conſtent, nec id tamen propter incontinentiam, ut in Philoctete Neoptolemus. atqui poſſunt ob uoluptatem id facere, ſed honeſtam uoluptatem, honeſtum enim id erat Neoptolemo, nec ſine uoluptate, q̃ cum perſuaſus eſset ab Vlyſſe, ut mendacium diceret, in ſententia nō permāſit. nō enim qui uis ob uoluptatem aliquid agēs, cōtinuo intemperās ſit, ſed neq; malus, nec incōtinēs, ſed qui ob turpem uoluptatem labitur, his ille nominibus tenetur. Quoniam autem eſt et qui minus, q̃ par ſit corporis uoluptatibus indulgeat, isq; in ratione nec ipſe perſiſtit, inter hūc et incōtinētem interiectus eſt cōtinēs. incōtinens enim nō ſibi cōſtat in ratione, ꝙ nimium uoluptates complexetur, ille autem, ꝙ minus, q̃ cōueniat perſequatur. cōtinens uero ſibi cōſtat, et in neutram partē declinat. Iam uero neceſſe eſt, ſi cōtinētia ſit bonus habitus, ut utrūque cōtrarium ſit malum, quemadmodum etiam ita eſſe uidetur. uerum quia alterum in paucis, et minus ſępe apparet, ut temperātiæ cōtrarium uidetur eſſe tm̄ intemperātia, ſic et incōtinētię, cōtinentia. Qm̄ autem per ſimilitudinem multa dicūtur, et cōtinētia ſimilitudine quadam appellabitur temperantia. nam quemadmodum cōtinens is eſt, qui nihil aduerſante ratione propter corporis faciat uoluptates, et temperās talis eſt. Verum ille quidem ſollicitatur prauis cupiditatibus, hic nihil tale patitur. et temperans quidem non effertur lętitia pręter rationē, cōtinēs uero lætatur quidem, nō tn̄ auferetur uoluptatibus. Similes etiam quodammodo ſunt inter ſe incōtinens et intemperans. nam uterq; iucunda et uoluptuoſa conſectatur. uerum ille quidem non putat perſequenda, hic uero nihil ex eis cenſet omittendum. Sed neq; eodem tempore idem ſimul erit incontinens, et prudens. patefactum eſt enim eum, qui ſit prudens, eundem et bene moratum eſſe. ad hęc, prudens non eſt tantum ſciens,

ſed

*ſed etiam actuoſus: Incontinens vero idoneus nõ eſt ad agendũ. Cal-
lidos autem & ſolertes nihil prohibet eſſe incontinentes. Quo circa
videntur nonnulli prudentiam quidem habere, ſed tamẽ incontinen-
tes eſſe, quod ideo videtur, quia, vt dictum eſt, calliditas prudentiam
imitatur: & quod attinet ad rationem definitionis, ad illam quidem
propius accedit, differt tamen in eo, ꝙ prudentis propoſitum et ele-
ctio ſemper bona eſt, callidi vero, non item. neq; incõtinens vincitur
voluptatibus, ut ſciens & contemplans, ſed vt dormiens, & vinolen-
tus. Et ſponte quidem peccat, nouit enim ferè & quid agat, & cuius
rei gratia agat, non tamen omnino malus eſt, eius enim propoſitum
æquum & bonum. Quare vt ſit ex parte malus, non eſt tamen iniu-
ſtus. nec enim petit inſidijs. Cum ſit autem duplex incontinens, alter
non perſtat in his, quę decreuerit, alter ne deliberat quidem, quippe
qui atra bile percitus ad ea feratur, quæ concupierit. Similis eſt aũt
incontinens ciuitatis, quæ quidem in rebus omnibus decernat, vt par
fuerit, & leges habeat optimas, ſed neq; decretis vllis, neq; legibus
vtatur, velut Anaxãdrides cauillatus eſt, ciuitas decernebat, quæ ſe-
natuſconſulta nihil curabat. malus vero non differt à ciuitate, quæ
vtatur quidem legibus, ſed malis vtatur. Eſt autem continentia, itẽq;
incontinentia in exuperatione habitus popularis. cõtinens enim plus
ſibi conſtat, incontinens vero minus, q̃ vulgo fieri ſoleat. eſt vero ad
ſanandum facilior incontinentia, qua melancholici ſubito capiãtur,
q̃ eorum, qui deliberant quidem, non ſtant tamen decretis. & curan-
tur facilius, qui ex more ſunt incontinentes, q̃ qui natura, citius enim
mores immutes, q̃ naturã. propter hoc enim mos difficilis eſt ad tol-
lendum, ꝙ naturę ſimlis eſt, vt inquit Euenus. animo inquit diuturnã
conſuetudinem inhærere tenacius, & hominibus deniq; in naturam
mutari. Quid igitur ſit continentia, & incontinentia, & molicies, et
tolerantia, & quemadmodum hi habitus ſe habeant inter ſe, hacte-
nus dictum eſt. Eſt etiam philoſophi moralis, vt de voluptate,*

& dolore contempletur, quippe qui ſit quaſi architectus finis eius, ad quem intuentes vnum quodq; tum bonum, tum malum ſimpliciter appellamus. Preterea neceſſaria eſt eorum contemplatio, ſiquidē virtutes ipſas & vitia, quæ ex more & conſuetudine ducuntur, voluptate, & dolore cerni dicebamus. Et beatitudinem pleriq; non ſine voluptate cōſtare dicunt, idq; nomine græco, quo beatus appellatur, ſatis indicari. Nonnullis igitur nulla voluptas vī eſſe bonum, neque per ſe, neq; propter aliud, neq; enim idem eſſe bonum, & voluptatem, alij vero nonnullas quidem in bonis eſſe ducunt, plerasq; vero, in malis. Sunt etiam qui exiſtiment, ut omnis voluptas bonum eſſe poſſit, tamen nullo pacto optimum eſſe poſſe. ꝙ igitur bonum non ſit, his confirmari putant, Primum quia omnis voluptas generatio ſit, eaq; ſenſu percepta, ad naturam explendam, cum aliquid deſideret, velut voluptatem ex cibo, potuq; generationem eſſe priſtini ſtatus, cum nullum ſubeſſet deſiderium neq; cibi, neq; potus, nullā autem generationem eſſe finem, neque enim ędificationem eſſe domum, nec cuiuſquam rei effectionem idem eſſe cum eo, quod efficiatur. Deinde quòd temperans fugiat voluptates, quod minime faceret, ſi voluptas eſſet omnino bonum. Prætereà prudentem non uoluptatem ſequi, ſed doloris vacuitatem. Quid? ꝙ prudentię impedimēto ſunt voluptates, & quo maiores fuerint, eo magis impediunt, velut ſunt venereę voluptates. quis. n. dum in his fuerit, queat ad aliquid animum attendere? Iam vero ars nulla eſt voluptatis, atqui omne bonum artis eſt opus. prętereà pueri & beſtię perſecuntur uoluptates. Quòd autem non omnes ſint bonæ, ea ratio eſt, ꝙ ſunt nonnullæ turpes, & probroſę, & calamitoſæ, quippe quę morbos etiam pariant aliquando. Quòd vero uoluptas non ſit optimum, eo ſignificatur, ꝙ nō eſt finis, ſed generatio porro, generatio oīs nō finis eſt, ſed ad finem tendit. Quę igitur de voluptate dicantur, hæc ferè ſunt. ꝙ aūt non efficiant, ne uoluptas bonum, aut etiam optimum ſit, ex his

erit manifeſtũ. Primum quidem, quia bonum dupliciter dicitur, nam aliud eſt abſolute bonum, aliud alicui bonum. uri enim, & ſecari nõ ſunt abſolute bona, ſed tñ alicui bona eſſe poſſunt. hoc idem naturas & habitus conſequetur, natura enim & habitus crudelis minime in bonis habentur, alicui tamen, verbi cauſa tyranno, in bonis eſſe poterunt, & motus igitur & generationes, ut etiam abſolute bonum non dicantur, nihil tamen prohibet, quin alicui bonum eſſe poſſint. & ex voluptatibus quidem, aliæ prauæ eſſe videntur, aliæ ſunt ſimpliciter quidem & omnino prauæ, alicui uero non malæ, ſed expetendæ, partim ita ſunt praue, vt nemini omnino conferant niſi fortaſſe aliquando, & ad breue tempus, expetendæ autem minime ſint, aliæ uero ne voluptates quidem ſunt, ſed tantum eſſe uidentur, vt quæ cum moleſtia, et gratia curationis adhibentur, quales ſunt ęgrotantium. Præterea cum ex bonis, aliud ſit actio, aliud habitus, quę actiones perducant ad habitum naturalem, erunt propter aliud delectabiles, ſunt enim huiuſmodi actiones cum deſiderio eius, quod deeſt ad habitum perfectum, perfectamq; naturam, nam ſunt aliæ voluptates abſq; moleſtia, & cupiditate, velut actiones contemplationis nihil indigentis naturę. Quod ex eo cognoſci poteſt, ꝙ non eadem re delectantur homines corpore ſedato, beneq; conſtituto, & nimium repleto, nam ſedato his gaudent, quę ſimpliciter delectabilia ſunt, nimiũ vero repleto, cõtrarijs, tales.n. acria & ſubamara delectãt, quorũ nihil natura gratũ eſt, neq; oĩno delectabile, quare neq; voluptates, nam ut iucunda habẽt ſe inter ſe, ſic et voluptates inde ꝓueniẽtes. Prętereanõ neceſſe ẽ aliqđ aliud melius eẽ voluptate, vt q̃ finẽ meliorẽ eẽ dicebãt generatiõe, nõ.n. voluptates ſunt generationes, neq; cũ gñatiõe vniuerſę, ſed actiões sũt et fines, neq; ꝑcipiũt in naturę et habitus adeptiõe, ſed in uſu iã parti habitus. neq; oĩum actionũ finis foris petit̃, et aliud eſt ab ipſis actionibus, ſed earũ tñ, q̃ ducunt ad naturę perfectionẽ. Quo circa non recte poſitũ eſt, vo-

luptatem eſſe generationem, ſenſu perceptam, ſed potius dicendum eſt, eam eſſe actionem habitus ſecundum naturam, & pro eo, quod eſt ſenſu perceptam, reponendum eſt, non impeditam. Videtur aũt uoluptas generatio quædam eſſe, quia ſit proprie bonum, quippe q̃ ſit actio, actionem uero præcipue generationem eſſe arbitrantur, quæ tamen aliud eſt à generatione, Voluptates autem eſſe malas, quia quædam delectabilia noceant valetudini, eodem modo dicũt, ut ſi ſalubria quis dicat eſſe mala, quia exhauriant rem familiarẽ, hæc igitur ambo mala, illud valetudini, hoc rei familiari, ſed non propter hoc ſimpliciter & omnino mala. nam & ſtudium philoſophiæ officit ualetudini. Impedit vero neq; prudentiam nec ullum habitum ſua cuiusq; volupatas, uerum alienę. nam contemplandi diſcendiq; voluptas mirandum in modum confert in eorum progreſſus, quorũ eſt uoluptas. Quòd autem uoluptas nullius ſit artis opus, id cum ratione fit. nec enim alterius actionis cuiusq̃ ars eſt, ſed ipſius habitus, & facultatis. quamq̃ vnguentorum & obſoniorum artes, uoluptatis artes uideri poſſint. Quòd autem temperans fugiat voluptatem, & uitam imperturbatam prudens ſequatur, non voluptatem, quam pueri appetant & belluę, hęc omnia eadem ratione ſoluuntur. dictũ eſt.n. voluptates partim eſſe abſolute bonas, partĩ nõ bonas. Has igit hũi pueri & beſtię perſecuntur, quę pertinẽt ad corpus, ſuntq; cũ deſiderio, & moleſtia. à quibus refugiens vir prudens quietum vitæ ſtatum conſectatur. nam eorum ſunt exuperantię, per quas intemperans appellat intemperans, à quibus itidẽ tẽperans abſtinet, cum ſint & ſuę temperantis voluptates. Iam vero dolorem malum eſſe, & vt dicitur, remis velisq; fugiendum, conſtat inter omnes. atque alius ſimpliciter malum ęſt, alius ex parte quadam, quatenus ad honeſta ſtudia impedimento eſt. fugiendę autem rei, quatenus fugienda & mala ſit, contrarium eſt bonum. ex quo conſequitur, uoluptatem quæ dolori contraria, ſit, quodam eſſe bonum. nec enim quod cõ

tra

tra afferebat ſpeuſippus admittendum eſt.hic enim voluptatem do-
lori,indolentiæq; contrariam eſſe dicebat eo modo,quo maius mino
ri,& æquali contrarium eſſet.& iccirco utrunq; voluptatem ſcili-
cet & dolorem in malis haberi,quemadmodum maius & minus,bo
na autem eſſe,quę in mediocritate conſiſterent,æquale ſcilicet,et in
dolentiam.atqui nunquam probabit,eſſe uoluptatem idē,quod malū
aliquod.Quòd ſi quędam turpes voluptates reperiantur,id nihil im
pedit,quominus aliqua optimum eſſe poſſit,quemadmodum & ſciē
tia quędam optima eſt,cum tamen prauæ nonnullę reperiantur. at-
que haud ſcio,an neceſſarium ſit,ſiue omnis habitus,ſiue cuiuſdam
actio,non impedita,beatitudo ſit,maxime expetendam eſſe uolupta
tem,quippe cum hęc eadem ipſa actio voluptas quoq; ſit. quare ut
etiam ſint multę omnino prauę uoluptates, erit tamen aliqua, quæ
ſit optima.& iccirco omnes beatam uitam,iucundam etiam,& re-
fertam uoluptatibus eſſe arbitrantur, meritoq; uoluptatē cum bea-
titudine coniungunt,nulla enim actio,quæ impediatur,perfecta eſt,
beatitudo uero perfectum quodam habetur,& abſolutum. Quo cir
ca beatus indiget bonis corporis,& externis, fortunæ etiam, ne il-
lius habitus opera impediantur.Quam ob rē qui in equuleo torquea-
tur,et multis,magniſq; incommodis conflictetur, eum ſi quis beatū
eſſe dicat,mō uir bonus ſit,ſpōte,aut īprudēs nihil dicat.Quia uero
beatus fortuna indiget, uidetur quibuſdā idem eſſe proſperitas for-
tunæ cum beatitudine,quod tamen non ita eſt, nam et ipſa proſperi
tas,ſi redundet,beatitudini impedimento eſt,atq; haud ſcio, an non
iam proſperitas habenda ſit,quippe cum ad beatitudinem ipſius dif
finitio accommodari debeat.Quòd autem omnes et homines,et be-
ſtię uoluptatem perſequantur,uel inde perſpicuum eſſe poteſt,quòd
ea optimum ſit,omnium enim animantium et rationis expertium,
et ratione utentium conſenſus plurimum in omni re ualere debet.
Verum quoniam non eadem neq; natura,neq; habitus optimus eſt,

ſed neq; eſſe videtur, multi ſunt enim in his gradus bonitatis, ſic nec uoluptatem eandem omnes perſecuntur, uoluptatem tñ cuncti expetunt, & fortaſſe ſecuntur, non quã exiſtimarent, affirmarentq; eſſe optimam, quippe cum à natura cuncta diuinum quiddam retineant, quo ad optima dirigantur, ſed tamen ab aliqua uoluptate non diſcedunt, etiam ſi ab optima longe abſint. Verum nominis quaſi hereditatem uendicauerunt ſibi corporis uoluptates. quæ & magis in ore ſunt omnium, & nemo eſt illarum expers. ob hoc igitur, ꝙ ſolę ferè cognitæ ſunt, ſolas eſſe crediderunt. Perſpicuum eſt autem, niſi uoluptas, & actio in bonis habeantur, non poſſe beatum iucunde uiuere. quid enim opus eſt actione, quam ſequitur uoluptas neceſſario, ſi bonum non ſit, & ſi cum moleſtia doloreq; uiuere liceat? nam neq; bonum, neq; malum fuerit dolor, ſiquidem neque uoluptas, & actio. Ita ne cauſa quidem erit, ob quam fugiẽdus eſſe uideatur, neq; iucundior uita erit boni uiri, niſi & illius actiones lõge præſtiterint.

De corporis autem uolutatibus deinceps conſiderandum eſt. nã ſunt qui quaſdam uoluptates maxime expetendas eſſe dicant, ut quæ honeſtę ſint, ſed non corporis, in quibus uerſetur intemperãs. Quod ſi nulla corporis uoluptas honeſta eſt, cur contrarij dolores habeant in malis? malo enim contrarium bonum eſt. An quæ uoluptates neceſſarię ſunt, eo modo bonæ dicuntur, quo modo id, quod nõ eſt malum, habetur in bonis? An potius ad certum uſq; finem bonę ſunt? in affectiombus enim & motionibus, in quibus actio recti nimia eſſe non poteſt, nec uoluptas nimia, & uitioſa eſſe poteſt. In quibus autem exuperatio factorum eſt digna reprehenſione, in his & uoluptatis redundatio uituperabitur. in bonis aũt corporis põt aliquid eſſe nimiũ. & in uitio eſt, ꝙ ſuperfluas uoluptates perſequatur, non ꝗ neceſſarias. omnes enim quodam modo delectantur & epulis, & uino, & uenere, ſed nõ oẽs, ut conuenit, hiq; reprehendunt, qui nõ moderate ea ꝑſequant. Cõtra fit in dolore. non.n. tm̃ ſupremum dolorem

rem fugiunt, ſed oĩno omnem dolorem.neq; enim dolor contrarius eſt uoluptatis exuperationi,ſed ei fortaſſe, qui uoluptatis exuperationem ſequatur. Quoniam uero non tantum ueritas proferẽda,ſed etiam cauſa falſitatis patefacienda eſt,hoc enim confert ad faciẽdam fidem.cum enim probabilis ratio aſſerri uideatur, quam ob rẽ quod uerum appareat,uerum non ſit,conſequitur, ut uero facilius aſſentiamur,iccirco dicendum eſt,cur corporis uoluptates potiores eſſe uideantur.Primum igitur magis expetuntur, ꝗ triſtitiam depellunt,& dolorem. et ad ſupremos dolores ſupremam uoluptatem adhibent,quaſi medicinam quandã,eamq; omnino corpoream. Sunt enim ex ea pręſentia uelut medicamina.quæ et iccirco ſtudioſius appetunt,quia ad contrarium admota eminent,et ſuperiora ſunt,Duplexq; ut prędictum eſt,cauſa affertur,quam ob rem coroporis uoluptates in bonis non habeãtur.una, quòd deprauatę naturę actiones ſint,aut ab ortu primo ut in beluis,aut ex conſuetudine, ut in flagitioſis hominibus.altera, quòd adhibẽtur quaſi medicamina neceſſitatibus.atqui melius eſt,nihil deſiderare,ꝙ neceſſitati ſubuenire,id, quod per uoluptates fit.bonum igitur erunt propter aliud.Prætereà cum maxime moueant, qui alijs uoluptatibus recreari non habeant, ad iſtas recurrunt,quandamq; quaſi ſitim earum parant, quo fruendo iucundius afficiantur.Hæ igitur ſi nihil officiant, carent reprehenſione,ſin noceant,fugiendę.Et ſunt qui illis utantur, quòd nullas alias parare ualeant. Quòd ſi quis utriſque careat, et corporis, et animi, magna cum moleſtia uitam degat propter naturæ imbecillitatem,eſt enim animal laborioſum, nec unquam quieſcit, ut phiſici teſtantur,qui et uidendo, et audiendo dicunt defatigari animantia, ſed id propter conſuetudinem minus ſentiri.Nam et adoleſcentes,dũ corpus augetꝰ, affectos eſſe perinde,atq; uinolentos. et iccirco iuuẽtutẽ uoluptatibus maxime indigere. Quibus autem inſit natura melãcholica, hi ſine ĩtermiſiõe egẽt uoluptatis medicamine.

pungitur.n.corpus aſſidue propter naturę temperationē, ſemperq́; afficiuntur immoderatis appetitionibus. expellit aūt dolorem uoluptas contraria, aut quęcunq; ea ſit, mō magna ſit ſatis, et uehemens. et propterea efficiuntur ſæpe melancholici intemperantes, et praui. Quę uero uoluptates ſunt ſine dolore, harum non eſt exuperantia. ſuntq́; hæ iucundę, et delectabiles ſuapte natura, non propter aliud. uoco autem propter aliud iucunda, ea, quę pro medicamine adhibentur. quæ ideo iucunda uidentur, quia quaſi medeātur, agente aliquid eo, quod in corpore à dolore intactum relictum fuerat. natura aūt iucunda ſunt ea, quæ actiones perficiunt ſuapte ui et natura iucundas. Non *ſemper uero res eadem delectabilis eſt. quod ex eo prouenit, quia non ſimplex eſt natura nr̄a. ſed ineſt aliquid diſſimile ac diſpar, vnde ea intereat ac diſſoluatur.* Quare *ſi quid vna pars agat, id poteſt eſſe alteri contra naturam. ſin ex ęquo ab utraq; parte agatur, id, quod agatur, neq; iucundum, neq; moleſtum ſit.* Nā *ſi cuius natura ſimplex foret, eſſet actio iucunda ſemper.* Quo *circa* Deus *vna continue, eaq́; ſimplici fruitur uoluptate.* Non enim tm̄ *motionis eſt actio, ſed etiam ſtabilitatis. et uoluptas potius in requiete cernitur, q̄ in motu.* Et *quāuis mutatio res ſit omnium dulciſſima, ut inquit poeta, id accidit prauitate quadam. nam quēadmodum prauus facile uarius et mutabilis eſt, ſic et natura, quæ indiget mutatione, et rerum uiciſſitudine, nec ſimplex eſt, nec perfecta.* De *continentia igitur et incontinentia, itemq́; de uoluptate et dolore hactenus dictū eſt, et quid vnumquodq; eorum, et quemadmodum partim bona, partim mala ſunt.* De *amicitia autem deinceps dicendum eſt.*

FINIS SEPTIMI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER OCTAVVS.

HIS *conſequens eſt, vt de amicitia diſſeramus, quæ quidem & ipſa virtus eſt, aut certe nõ ſine virtute. Eademq; maxime neceſſaria eſt ad vitam degendã. nam ſine amicis quis uiuere cupiat, ut etiam afflueret cęteris bonis omnibus?* Diuitibus *autem, & his, qui in imperio & poteſtate viuunt, pręcipue amicitia opus eſſe videtur. quis enim uſus huiuſmodi copiarum, ſublata gratificandi facultate? quæ laude digniſſima exercetur præcipue cum amicis. aut quomodo opes & diuitiæ tutę cuſtodiantur, ſi deſint amici? quę quo vberiores fuerint, eo magis periculis expoſitę ſunt.* In *paupertate vero, & reliquis rebus duris, vnum perfugium putant amicitiam.* Iam *vero adoleſcentibus quidem proſunt amici, qui eos quaſi duces in vita errare non ſinant, & ſenibus, vt habeant à quibus colantur, & ea munera ſubminiſtrentur, quę ipſi ſibi propter imbecillitatem præſtare iam nequeunt.* Et *in ætate conſtanti confert habere ſocios, ad præclara facinora obeunda, quibus adiutoribus & excogitare prudentius, & facilius cogitata perficere valeant.* Natura *autem amicitia ineſſe videtur in generante aduerſus generatum, itemq; retrorſum, nec in hominibus tantum, ſed etiam in cęteris animantibus, & in his pręcipue, quæ ſunt generis eiuſdem.* Inter *quos homines præſtant amando, qua ex re non mediocri laude afficiuntur.* Cernere *licet etiam in peregrinationibus, quàm ſit quiſque cuilibet conuin-*

iunctus, & amicus. Vrbes quoque videtur amicitia continere, pluriſquè illam faciunt legumlatores, quam iuſtitiam ipſam. concordia. n. ſimile quoddam amicitiæ eſſe videtur. hanc igitur præcipue expetunt, contraquè, ſeditionem tanquam peſtem aliquam exterminant & eliminant. Quid? quòd ſi amicitia adſit, nihil iuſtitia opus eſt. iuſti uero amicitia indigent. qua quid aliud iuſtius eſſe poſſit? nec ea tātum neceſſaria eſt, ſed etiam honeſta, atq; iucunda eſt. qui enim mutuo inter ſe amore iunguntur, ſummis vbique laudibus afficiuntur. à multiſque diligi præſtantiſſimum ducitur. Poſtremo viros bonos eoſdem nonnulli & amicos putant. In ea uero multa dubitantur. Nā ſunt qui amicitiam ſimilitudinem quandam eſſe velint, & ſimiles eſſe inter ſe amicos, vnde eſt in prouerbio ad ſimile ſimile. & ad graculum graculus. & ſi quę alia in hanc ſententiam dicuntur. alij vero ex contrarijs amicitiam conſtare exiſtimant. In ſimilibus enim plęrunq; ineſſe odiū, vt in figulis, & fabris, et reliqs opificibus, q. ex eodem rem ſibi quęrūt. hiq; de his rebus altius repetunt, & profundius à natura. Euripides quidem amari dicit imbrem ab arida terra. & grauatum imbre cœlum expetere terram. & Heraclitus contrarium prodeſſe confirmat. & ex contrarijs cōcentum fieri ſuauiſſimum. Tum ex diſcordia, cuncta procreari. Ab his cū multi alij diſſentiūt, tum Empedocles, qui ſimile quoduis ſuum appetere ſimile confirmat. Dubitationes igitur naturales in pręſentia dimittantur, neq; enim proprię ſunt huius inſtitutionis. Quę autem in communi vita verſantur, & ad mores, hominumq; affectiones referuntur, hæc pertractemus. veluti an inter omnes amicitia ingeneretur. an nō verum ſit, malos inter ſe vllo pacto amicitia iungi. & vtrum vnium modo genus ſit amicitię, an plura genera. nam qui vnum tantum exiſtimant, eā cauſa, quòd amicitia intendi remittiq; poſſit, argumento non ſatis firmo nituntur. nā & in genere diuerſis intentio remiſſioq; reperitur. dictū eſt aūt de iſtis etiam prius; ſed hæc fortaſſe erunt

apertio-

apertiora, ſi prius quid ſit id, quod amabile dicimus, cognouerimus. nec enim quodlibet amandum videatur, ſed id tantum, quod ſit amabile; hoc autem videtur eſſe quod bonum eſt, aut delectabile, aut vtile. Id autem vtile videatur, per quod bonum aliquod, aut utilitas comparetur. qua ratione bonum, & iucundum amabilia erunt, vt extrema, quę propter ſe, non ob aliud amentur. Sed quęri poteſt, vtrum id diligant, quod abſolute bonum eſt, an quod ſit ſibi bonum. diſcrepant enim hęc aliquando inter ſe. quod idem & de iucundo dubitari poteſt. Videtur enim id quiſq; diligere, quod ſit ſibi bonum. et eſſe amabile, quod eſt abſolute bonum, cuiq; autem amabile, quod ſit cuiq; bonum. diligit uero vnuſquiſq;, non quod ſit ſibi bonum, ſed quod eſſe uideatur. nec id quicq̃ refert. erit enim amabile, quod amabile videatur. Cum vero ſint tria, quę ad diligendum impellant, bonum ſcilicet, vtile, & iucundum, cũ rebus inanimis nemini amicitia eſſe dicet. nec enim eſt in eis mutuus amor. neq; illis bona optemus. ridiculum enim ſit, ſi uino bona optemus, niſi ſi quis ſaluum id cupiat, ut ipſe fruatur. amico autem bona optare debemus, ipſius gratia. Qui vero alicui ſic bona optant, nec idem mutuo fiat ab illo, cui optant, hi beneuoli tantum dicuntur. ſin fuerit mutua voluntas, amicos iam eos appellabimus. eſt enim amicitia beneuolentia mutua, cum amatur ſcilicet, & ut ita dicam, redamatur. An addendum, niſi id lateat. pleriq; enim hos etiam diligunt, quos nunq̃ uiderunt, propter bonitatis, aut ẽt vtilitatis opinionem. quod idem fieri pōt retrorſum, vt hi quoq; ab illis nunq̃ uiſi colant, hac ipſa de cã. beneuoli igitur iſti inter ſe erunt, amici autem quo dici poterũt? cũ ignoret vterque, quẽadmodum affecti ſint inter ſe alter ad alterũ? debent igitur amici & mutua beneuolentia iungi, idq; nõ latere, & bona inter ſe optare, quia id ſit aut bonum, aut vtile, aut iucundũ. Hęc aũt cũ inter ſe genere differant, beneuolentię quoq; & amicitię inter ſe diſtabunt. tria ergo erunt amicitię genera, totidem, quot amabilia.

vtq; in vnoquoq; mutuus amor, isq; non ignotus, ſic et qui diligunt inter ſe, pro mutua beneuolentia bonis ſe mutuo affici uolunt. Porro qui ſe mutuo diligunt propter vtilitatem, non propter ſe inter ſe diligunt, ſed propter comodum, quod alter ab altero conſequatur, eadem eſt ratio eorum, qui amicitias iungunt propter voluptatem. nec enim facetos ob aliud diligunt, niſi ꝙ lepore quodam & ſalibus delectant. Quam ob rem & qui propter vtilitatem diligunt, id faciunt ſua cauſa, & ſuis commodis ducti, & qui ob uoluptatem, itidem propriam delectationem ſecuntur, nec amicum diligunt, niſi quatenus ille ſit vtilis, aut iucundus. huiuſmodi igitur amicitiæ non ſunt amicitię veræ, non enim amicus ipſe per ſe amatur, ſed utilitatis aliquid, aut voluptatis expetitur. quo circa facta mutatione, facile dirimuntur. etenim ſi iucundi aut utiles eſſe deſinant, deſinunt amare, qui propter vtilitatem, aut voluptatem diligebant. Vtile autem nõ ſemper idem manet, ſed alias aliud efficitur. Eo igitur ſublato, quod amicitiam continebat, tollitur. amicitia, quippe quę ad illud referebatur. Maxime autem inter ſenes eius generis amicitia conciliari uidetur. nec enim in illa ætate voluptatem ſecuntur, ſed vtilitatem. & ętas iam conſtans & confirmata plerũq; iungit amicitias ob vtilitatem. non enim admodum vtuntur conuictu, nec ferè indigẽt illa facetoſa urbanitate, niſi eadẽ vtilis quoq; fuerit. & eousq; dulces iucundiq; inter ſe ſunt, dum ſpes elucet commodi aliquid conſequẽdi. in huius generis amicitias eam quoq; collocant, quæ cum hoſpitibus iungitur. Adoleſcentium vero amicitia uoluptatis cauſa conſtituta eſſe uidetur, quippe qui affectibus rapiantur, & precipue id appetant, quod delectet, quodq; preſens ſit. ętate autem commutata, & alia iucunda efficiuntur. Quo circa ut facile huiuſmodi amicitia iungitur, ſic etiam dirimitur. vnà enim cum ſtudiis adoleſcẽtiæ, quę citius pretereunt, amicitia quoq; deponitur. ſunt enim iuuenes amatores ferè. huiuſmodi porro amor ex affectione, & voluptate ple-

rumq; efficitur. quapropter ut ſubito amant, ſic celeriter amare deſinunt. atq; adeo eodem die utrunq; fit aliquando. dies enim ducere ſimul iſti, ſimulq́; uiuere quærunt, & hac ratione id, quod ex amicitia expetunt, conſecuntur. Amicitia autem bonorum perfecta eſt, & eorum, qui pari uirtute pręditi fuerint. etenim hi bona inter ſe mutuo exoptant ea de cauſa, ꝙ boni uiri ſint. ſunt enim ſuapte ſponte boni, non alia de cauſa. Qui uero amicos bonis affici uolunt illorum nomine, hy maxime ſunt amici. Suapte enim ſponte ſic ſunt animo affecti, non propter aliud. permanet igitur borũ amicitia, q̃ diu fuerint boni. atqui virtus ſtabile quiddam eſt, nec temere amittitur. & eſt uterq; tum abſolute bonus, tum amico bonus. boni enim uiri & abſolute boni ſunt, & inter ſe vtiles, & iucundi etiam. nam boni iterum & abſolute iucundi ſunt, & inter ſe mutuo. Cuiq́; enim uoluptati ſunt actiones propriæ, & quę ſunt eiuſdem modi. bonorum autem actiones, eiuſdem generis, aut conſimiles ſunt. Talis vero amicitia merito ſtabilis eſt, continet enim in ſe omnia, quę in amicis eſſe debẽt. omnis enim amicitia propter bonum eſt, aut voluptatem, idq́; aut ſimpliciter, aut ſimilitudine quadam, quãtum attinet ad eos, qui quod ſibi bonum fuerit, aut iucundum diligunt. In bonorum autem amicitia omnia antedicta inſunt propter ipſos, cęterę uero beneuolentię amicitię nominãtur, quia cum hac bonorum amicitia ſimilitudine quadam coniunguntur. & quod eſt abſolute bonum, abſolute quoq; iucũdum eſt. quæ quidem maxime amabilia ſunt, in hisq; amor, & amicitia eſt, eaq; optima. Huiuſmodi autem amicitias raras eſſe par eſt, pauci enim huius generis homines reperiuntur. pręterea indiget tempore, et longa conſuetudine, et ut eſt in prouerbio, non poſſunt inter ſe cognoſci, niſi vnam multos ſalis modios cõſumpſerint. nec poſſunt ſe mutuo complecti, aut amicos eſſe, niſi alter alteri probitatis ſuæ quaſi fidem fecerit, dignusq́; amari uiſus fuerit. Qui autem celeriter amicorum officia inter ſe iungunt, cupiũt

hi quidem eſſe amici, non ſunt aũt, niſi amabiles quoq; fuerint, idq; alter in altero longo uſu & periclitatione cognouerit. quo circa iungendæ amicitiæ voluntas quidem celeriter innaſcitur, ſed amicitia non item, quæ tempore, & reliquis rebus perficitur. & hæc omnia vltro citroq; fiant neceſſe eſt, quę quidem in amicis eſſe conuenit.

Huius ſimilis eſt ea, quæ uoluptatis cauſa iungitur amicitia. nã viri boni ſunt etiam inter ſe iucundi. Eodem modo & quam conciliat vtilitas. Etenim boni quoq; emolumẽtis ſe alteri alteros afficiũt. Maxime vero huius generis amicitię permanent, qñ par pari refertur, vt cum inter ſe mutua pariq; uoluptate afficiantur; & ex eadem re capiant voluptatem, veluti ſi alter alterius facetijs teneatur. ſed non eodem modo ſi vnus ſit amans, alter amatus. nec enim vterque hiſdem delectatur, verum ille, amare, hic coli gaudet. forma uero immutata, ſępius & amicitia diſſoluitur. cũ illi ſcilicet forma amplius non probetur, huic obſequium non pręſtetur. aliqui vero remanent amici, ſi natura inter ſe congruentes ex conſuetudine mores alter alterius adamauerint. Vbi uero in amoribus pro uoluptate utilitas rependitur, ibi amicitia minor, neq; ea diuturna. Quòd ſi utilitas amicitiam conglutinauerit, ſimul ac utilitas remouetur, diſſoluitur & amicitia. non enim hi ſe ſe mutuo, ſed utilitatem diligunt. Voluptatis igitur & utilitatis cauſa improbos etiam amicos inter ſe eſſe cõtingit, & bonos improbis, & inter hos medios, atq; interiectos, cuilibet. per ſe autem ipſi boni tantum ſunt inter ſe amici. nam improbis inter ſe nulla eſt delectatio, ſi nulla utilitas conſequatur. Sola etiam bonorum amicitia à calumnijs libera eſt. nec enim facile criminoſis creditur de eo, cuius mores longa periclitatione probauerint. Tum illud ualet ad calumnias repellendas, quòd in hac amicitia ſibi mutuo fidem habent. Tum nulla iniuria ſtimulat illata, cæteraque omnia adſunt, quæ ueros amicos conſecuntur. Quoniam uero & hi amici vulgo uocantur, qui utilitatis cauſa fingunt amicitias,

titias, ut ſocietates propter utilitatem iungi uidentur, itemq́; amicos appellant eos, quos uoluptas mutua coniungit, ut in pueris uidere licet, & nobis fortaſſe huius generis ſocietates amicitias uocare cõuenit. Cum igitur amicitiæ plura ſint genera, ea proprie dicetur amicitia, quæ inter bonos iungitur eo nomine, quòd boni ſunt. reliquę autem ſimilitudine quadam erunt amicitię. nam eouſque ſunt amici, dum bonum aliquod, aut boni ſimile conſecuntur. uoluptas enim & delectatio bonum quodam eſt uoluptatem ſequentibus. non admodum autem cohęrent huiuſmodi amicitiæ. quas utilitas, aut uoluptas conglutinauit. nec ea bene iunguntur, quæ non per ſe conueniunt, ſed propter aliud. Cum ſit autem in hæc genera amicitia diſtributa, Improbi utilitatis, aut uoluptatis cauſa amicitia coniungentur, boni uero per ſe ipſi. etenim hi abſolute ſunt amici ea tantum ratione, quòd boni ſunt, illi autem propter aliud, et ſimilitudine quadam, quam cum his habent.

Quemadmodum autem eſt in uirtutibus, ut alij per habitum boni dicantur, per actiones alij, ſic et in amicitia, alios enim delectat unà uiuere, et inter ſe mutuas conferre utilitates, alij uero dormiendo, aut locorum interuallis ſeparati, ceſſant quidem ab actionibus, ſed ſunt tamen ſic inter ſe affecti, ac ſi actionibus uterentur amicitię, non excluditur enim interuallis amicitia ipſa, ſed actiones intermittuntur. Quòd ſi abſentia diuturna fuerit, et amicitia obliuione deleri ſępe ſolet. ita, ut non ab re dicatur, multas amicitias ea cauſa eſſe diſſolutas, quòd mutua colloquia defuerũt. Sed neque ſenes, neque aſperi difficilesq́; natura ad amicitiam idonei eſſe uidentur. parum enim iucunditatis ab illis eſt. neque quiſquam diutius cum moleſto difficiliq́; uiuat. maxime uero natura moleſtiam refugere, et uoluptatẽ appetere uř. Qui uero ſe mutuo quidẽ ſuſcipiunt probantq́;, nec tñ unà uerſantur, hi beneuolis ſimiliores ſunt, q̃ amicis. nihil enim tam amicorum proprium eſt, q̃ ſimul uiuere. tenuiores

*enim commoda emolumentaq́; ſecuntur.diuites uero & beati con-ſuetudine delectantur,his enim minime omnium ſolitarijs eſſe conuenit.coniungi autem inter ſe non licet,niſi iucundi fuerint, & hiſdem ſtudijs teneantur.quod in ſodalitatibus ineſſe uidetur.*Maxime *igitur amicitiam eam nomines,quæ inter bonos eſt,ut ſæpe iam diximus.id enim amabile & expetendum uidetur eſſe,quod eſt abſolute bonum,aut iucundum.cuiq́; autem,quod eſt cuiq́; huiuſmodi.boni uero bonis delectantur ob utrunq́;,& quia boni, & quia iucundi. videtur autem amor ſimilis eſſe affectus,amicitia uero, habitus. et amor non minus eſt etiam aduerſus inanima. redamatio uero cum propoſito eſt et electione. propoſitum autem ab habitu eſt. et bona exoptantur amicis amicorum gratia, nec id animi impetu quodam, ſed ex habitu conſtantiq́; affectione. et qui amicum diligunt, bonum proprie ſuum diligunt.nam uirum bonũ ſi quis ſibi paret amicum,bonum quoddam ſibi parauerit. vterq́; igitur bonum proprie ſuum diligit,et par pari refert uolũtate,et iucunditate.dicitur enim amicitia æqualitas quædam.pręcipue uero in amicitia ea, quæ inter bonos eſt,hęc quæ diximus,reperiuntur.* Inter *ſeueros autem,et ſenes eo minus ĩgenerat̃ amicitia, q̃ ſunt moroſiores,et difficiliores minus'ue cõgreſſibus et cõſuetudine delectantur,q̃ q̃dẽ maxime amabilia,et amicitiæ efficiẽtia eſſe uident̃.*Quo *circa inter adoleſcentes facile conciliatur amicitia:inter ſenes uero,minime,neq́;.n. cum his amicitia iunguntur,quibus nõ delectantur.* Eodem *modo nec triſtes naturaq́; acerbi amicitias colunt. verum huius generis homines beneuoli quidem inter ſe eſſe poſſunt. conferunt enim commoditates, et emolumenta,uiciſſimq́; repetunt,cum opus fuerit, amici autem non admodum efficiuntur,eo ꝙ non ſimul uitã degunt,nec uſu mutuo delectantur,qui maxime ad amicitiam facere uidetur.* Multis *autem eſſe amicum amicitia perfecta,non fere contingit, quemadmodum nec eodem tempore multos amare.videtur enim in amicitia*

exupe

exuperatio quædam eſſe, quæ ad plures vno exhiberi non poſſit. plures autem ſimul vni plane placere non facile eſt, atq; haud ſcio, an ne vtile quidem ſit. opus eſt enim multa periclitatione, & conſuetudine diuturna. quæ cum multis fieri non poſſunt. Ob vtilitatem vero & delectationem multis placere contingit. multi enim ſunt huiuſmodi, qui his capiantur. & obſequia non longo tempore indigẽt, vt preſtentur. Ex *his autem delectatio aptior eſt ad amicitiã, cũ eadẽ vtrinq; ſuppeditentur, & alter altero delectetur, aut ijſdem ambo ſtudijs teneantur, quales iuuenum ſunt amicitiæ. Sunt enim hæ ſplẽdidiores, & libero digniores, ſordidę uero, quæ vtilitatis cauſa conſtituuntur.* Et *beatis quidem vtilitate nihil opus eſt, ſed iucunditate. quærnnt igitur quibus cum viuãt. moleſtiam uero non diutius ferre queunt. perpetuo autem nemo ne ipſum quidem bonum patiatur, ſi inſit in eo moleſtia. quo circa amicos iucundos quęrunt, eoſdemq; viros bonos, cum ipſi quoq; tales ſint. ſic enim omnia illis ſuppetẽt, quę in amicis eſſe debent.* Qui *vero ſunt cum imperio & poteſtate, diſtinctis uti uidentur amicitijs. Alij enim ſunt illis utiles, iucundi alij, vtrunq; uero, ferè nulli. non enim iucundos virtute etiam prædi tos quęrunt, neq; vtiles ad honeſta, verum ad delectationem quidem facetos, ad utilitatem vero, idoneos ad agendum, & qui mandata callide conficere poſſint. hęc autem in eodem non ferè reperiuntur. dictum eſt enim, qui bonus ſit, eundem vtilem, & iucundum eſſe. verum potentia ſuperiori non temere fuerit vir bonus amicus, niſi uirtute etiam ſuperior fuerit, quod non ferè contingere ſolet. nec enim bene iungitur amicitia uir bonus cum prępotenti, ſi idem uirtute vacat, quia non vtrinq; paria reddantur. nec enim idem tribuat potens uirtuti, quod virtute pręditus potenti.* Huiuſmodi *igitur amicitiæ in æqualitate conſiſtere uidentur. eadem enim extant vtrinque. eademq; inter ſe mutuo optant, aut alterum pro altero cõmutatur, velut pro vtilitate voluptas.* Quod *autem non ęque hæ ſint amicitiæ*

dictum eſt prius, videntur enim ex ſimilitudine & diſsimilitudine, quam habent cum uera amicitia, & eſſe amicitiæ, & non eſſe. nã quatenus vna iucunditatem, altera vtilitatem continet, amicitiæ eſſe videntur, quippe cum id vtrũq; in amicitia bonorum contineatur. quia vero hæc ſtabilis eſt, & omni caret reprehenſione, illæ vero celeriter dilabuntur, ob hanc diſsimilitudinem amicitiæ dici poſſe non uidentur. Eſt autem aliud quoq; genus amicitiæ, quod eſt in diſparibus, vt in patre & filio, in ætate prouecto & iuniore, viro cum vxore, & in principe cum his, quibus Imperat. Verũ hæ quoq; inter ſe differunt. non enim eadem & parentibus cũ liberis, et principi cum eius ſubiecto poteſtati. neq; patri cum filio, & contra, filio cum parente. nec viro cum vxore, & vxori aduerſus virum. alia eſt enim cuiusq; horũ virtus, & officium. Sunt quoq; diuerſæ cauſæ diligendi. quo fit, vt aliæ atq; aliæ ſint beneuolentiæ, & amicitiæ. nec eadem vtrimq; alteri ab altero officia tribuantur, nec id quidem poſtulatur. Cum autem parentibus ea exhibeant liberi, quæ debeant genitoribus, uiciſſimq; parentes liberis, quæ ex eis genitis debeantur, tunc æqua ſtabilisq; intercedit inter hos amicitia, nam in omnibus amicitijs, quæ inter diſpares fuerint, & beneuolentiam proportione eſſe conuenit, & præſtantiorem diligi magis, ꝗ̃ diligere, itidemq; vtiliorem, & eodem modo vnumquemq; in quolibet genere præſtantem. Cum enim pro dignitate quisq; diligatur, tunc ea æquabilitas exiſtit, quæ amicitiæ propria eſſe videtur. Sed non eodem modo æqualitas eſſe debet in iuſtitia, & amicitia. in rebus enim iuſtis, id primum æquum eſt, quod pro dignitate cuiusq; diſtributum fuerit. Secundo loco, quod magnitudine æquale eſt. contra uero in amicitia, nam id eſt primum, quod magnitudine æquale eſt, deinde quod pro dignitate. Quod ex eo cognoſci poteſt, quia ſi uirtute, aut etiam uitio, aut diuitijs, aut aliqua alia re alter ab altero longo interuallo ſuperetur, non iam in amicitia permanent, nec id

quidem

quidẽ poſtulant. apertiſſime vero hoc ex dijs ipſis perſpicitur. Etenim hi cum longe plurimum bonis omnibus ſuperiores ſint, hominum amici non proprie dicuntur. Idem & in regibus perſpicuum eſt. quibus tenuiores amici eſſe non poſtulant. nec phas eẽ putant. eodem modo neq; optimis & ſapientiſſimis, qui in nullo ipſi numero fuerint. Incertum eſt igitur in his, quamdiu in amicitia permaneant. nam vt etiam vni multa adimantur, quæ alteri non deſint, tamen adhuc amicitia remanet. Sin longe alter ab altero ſuperetur, vt homines à dijs immortalibus, non iam permanet amicitia. Quocirca exoritur dubitatio, an nolint amicos amici maximis affici bonis, velut deos effici, cum non iam amici futuri ſint, & cum in amicorum bonis numerentur amici, bono etiam amicis ea ratione eſſe deſinant. Quòd ſi recte dictum eſt, ſuum quemlibet amicum bonis affici optare, illius cauſa, profecto non hic ab amicitia diſcedat, qualiſcunq; amicus futurus ſit, verũ vt homini maxima bona optabit, atq; haud ſcio, an non omnia. ſibi enim inprimis maxima bona quisq; optabit. Sed multi propter ambitionem diligi magis, q̃ diligere velle videntur. Quocirca à pleriſq; adulatores amantur. Summittit enim adulator ſeſe, vel quia ſit inferior, vel quia ita ſis mulet, profiteaturquè ſe magis diligere, q̃ vt diligatur poſtulare. amari vero proprius accedere videtur ad honorem, quem quidem plæriq; deſiderant. nec per ſe quidẽ honorẽ expetere uidentur, ſed propter aliud. multos enim ſpes rapit, vt ab his, qui cũ poteſtate ſunt gaudeant honorari, quippe q̃ ſperẽt hac ratione, ſi quid opus fuerit, facile ſe ab illis ĩpetraturos. Quocirca honore, quaſi ſpõſore futuri bñficij delectant. alij aũt à bonis, et doctis uiris honorari expetẽtes, opinionẽ, quã de ſe ipſi habeant, confirmari cupiũt. gaudẽt enim ſe eſſe probos, aliorũ etiã iudicio & confirmatione ita eſſe credentes. Quòd aũt ament, hoc ipſo ꝑ ſe delectant. quo circa id melius eẽ uideri põt, q̃ coli et honorari. Et amicitia ꝑ ſe expetẽda eſt. quã ma

gis in eo conſiſtere dicas,vt quis amet,q̃ ut ametur. cuius rei argu-
mentum eſſe poteſt,matrum beneuolentia erga liberos.ſunt enim q̃
ex ſe non legitime natos clam tradunt nutriendos,quos quidem cum
diligant id ignorantes,redamari tamen non quęrunt,ſi commode id
fieri non poſſit,verũ ſat habent,ſi filios florentes aſpexerint,Quos
etiam nihilominus diligunt,quamuis non queant illi, quę debeant,re
tribuere,quippe qui matrem,quænam ſit, ignorent. In amando igit
cum amicitia conſiſtat, laudeturq; in amicos beneuolentia, amicoꝝ
laus uidetur eſſe amare. Quo circa in quibus hoc fiat pro dignitate,
hi ſtabiles & conſtantes erunt amici,& horum huiuſmodi uocabi-
tur amicitia.hac ratione & fortunis, & alia re diſpares amici eſſe
poterunt.nam ad æquabilitatem reducentur.ęquabilitas enim, & ſi-
militudo amicitia eſt,præcipue vero ea,quę eſt ſecundum virtutem
ſimilitudo.Nam cum ſint uirtute præditi,ſtabiles ipſi per ſe ſeruãt
huiuſmodi & inter ſe conſtantiam.nec inhoneſta poſtulant ipſi,nec
alijs ſubminiſtrant.quin alios reuocant à peccatis.eſt enim hoc ami-
corum proprium, ut neq; ipſi improbe faciant , nec amicis facere
permittant.Improbi vero ſtabilitate carent, quippe qui nec ſibi qui-
dem ipſis perdiu conſtẽt,& ad breue tempus amici ꝑmaneant,quo-
ad ſcilicet mutua improbitate delectentur.Vtilitas autem,& iucun
ditas diutius amicitiam continent.tamdiu enim permanet , quamdiu
uiciſſim inter ſe voluptates,commodaq; ſuppeditent . Ex contrarijs
autem ea amicitia conſtare uidetur,quæ utilitate conciliatur, vt ſci-
licet diuiti pauper iungatur,indoctus,ſapienti. quo enim quiſque in
diget,id ab altero accipiens,retribuit aliud.ad huiuſmodi amicitiam
traduci poſſunt amator,& amatus,formoſus,& deformis.Quo cir
ca & amantes ridiculi uidentur,qui cum ament,redamari poſtulẽt.
quod in ęque amabilibus fortaſſe concedendum ſit,in diſparibus ve
ro,ſi exigatur,non ferendum.Sed nec contraria quidem per ſe con-
traria deſiderent,ſed ꝓpter aliud,appetitio enim mediocritatis eſt,

quæ ducitur in bonis, velut ſicco nō confert, ut nimio humore lique ſcat, ſed ut ad mediocritatem quandam reuocetur. eodē modo in cælido, & alijs eiuſdem generis. Verum hęc cum non ſint huius inſtitutionis, in prę ſentia miſſa faciamus. Videtur autem ut à principio diximus, in eiſdem uerſari rebus amicitia, & iuſtum. nam in omni ſocietate iuſtitiam quandam ineſſe videmus, & amicitiam. Quo circa & qui ſimul nauigant in eodem ferè genere habentur, quo & amici. Et qui ſub eodem duce militant, quod idem fit in alijs quoque ſocietatibus, & rebus contrahendis. Quoq; magis communicant inter ſe, eo maior conciliatur amicitia. nam iure ipſo, & veteri prouerbio, communia amicorum omnia, idq; merito, in communicatione enim & ſocietate amicitia conſiſtit. Sunt autem fratribus, & ſodalibus communia omnia, reliquis uero, priuata, ſed alijs quidem magis, alijs uero, minus. nam idem gradus ſunt et in amicitijs, ut alię maiores ſint, minores aliæ. differunt autem inter ſe iura. nec eadem ſunt parentibus aduerſus liberos, quę fratribus inter ſe, nec ſodalibus, quæ ciuibus. eodem modo & in alijs amicis. alia igitur, atq; alia iura ſunt, & iniurię in his ſingulis generibus. quę eo maiora habentur, quo magis hi ſunt amici inter quos ea fiunt. vt pecunia ſocium quis defraudauit, grauius id habetur, q̃ eandem ciui eripuiſſe. & non auxilium tuliſſe fratri, maius peccatum, q̃ non iuuaſſe externum, quamuis amicum. Et uerberaſſe patrem ſceleratius, q̃ aliū quẽslibet. Augeri conſueuit & iuſtum ſimul cum amicitia, quippe quæ in hiſdem ſint, & eodē pertineant. Omnes autem ſocietates partibus aſſimilantur ciuitatis. cōueniunt enim homines ob aliquā utilitatem, ut ea parent, quę ad uſum uitę ſuppetant, Et ciuilis ſocietas utilitatis gratia & à principio in vnum conueniſſe, & una permanſiſſe uidetur. hoc enim & legumlatores ſecuntur, et iuſtum id eſſe ſtatuunt, quod cōmuniter omnibus conducat. Alię igitur ſocietates propriam quęq; deſiderāt utilitatem, ut nauigātes lucrum ex inuectio

ne, et aſportatione rerum ſecuntur. et cõmilitones bellicas utilitates, ſiue lucrũ, ſiue victoriã, ſiue urbe aliqua potiri expetãt. eodẽ mõ & cõtribules, & populares. Quędã uero ſocietates uoluptatis cã conciliari videntur, vt in ludis, et cõuiuijs. q̃ oẽs ciuili ſocietate cõtinẽtur. nec.n. præſentẽ ſolũmodo vtilitatẽ pſpiciũt ciuitates, ſed in oẽ vitę tẽpus. In diebus uero feſtis cætus celebrantur. in qbus & honorẽ dijs imortalibus tribuũt, & ſibi requietẽ cũ uoluptate. et olim ſacra conuẽtusq; collectis frugibus habebãtur, ut & primitias exoluerent, & ocio ſe à pteritis laboribus recrearẽt. Oẽs igit ſocietates ciuilis ſocietatis partes eſſe videntur. huiuſq; generis ſocietates ſimiles amicitię conſecuntur. Ciuitatum uero recte adminiſtrandarum triplex eſt ratio. nam aut Rex gubernat, aut optimates, aut hi, qui cẽſi fuerint, quę reſpublica nominatur, gręcæ dicitur Timocratia, quo nos quoq; uocabulo, cum erit opus vtemur. Ex his optimum eſt regnum. deterrima timocratia. totidemq; ſunt ab iſtis immutationes, & quaſi degenerationes rerum publicarum. & à regno quidem mutatio Tyrannis appellatur. vtraque enim Monarchia. diſferunt autem inter ſe plurimum, ſiquidem Tyrannus propriam vtilitatem conſectatur, Rex autem, populorum, neq; enim habendus rex is, cui non ſuppetant neceſſaria, et qui non omnibus bonis inter omnes excellat. qui uero huiuſmodi fuerit, nulla re indigebit. commoda igitur et utilitates non ſibi Rex proſpicit, ſed populis. hoc.n. qui nõ fecerit, caſu fortuitoq; ad regni faſtigiũ euecto hoĩ potius, q̃ regi ſimilis uideatur. Tyrannis vero contrario modo ſe habet, quippe quę bonum ſuum ipſius proprie ſequatur. quam uel hinc perſpicuum eſt eſſe deterrimam, ꝙ peſſimo contrarium eſt optimum. ex regno autem mutatio fit in Tyrannidem. nam uicioſa Monarchia eſt Tyrannis, & Rex improbus, Tyrannis efficitur. Deprauatur aũt ſtatus optimatũ, dum in paucoꝝ dominatum cõmutatur, vicio principũ & eoꝝ, qui rerum potiuntur, ꝙ non pro dignitate res diuidant ciuitatis. & oĩa, aut pleraq; bona ſibi ſumant. demandentq;

magi

magiſtratus eiſdē ferè ſemꝑ,pluriſq; priuata cōmoda faciūt,ꝗ pu-
blica.pauci igit̃,ijdēq; ſceleſti pro optimis īperāt.Dn̄atus uero Ti-
mocratię deterior fit,dū in ſtatū popularē delabit̃.nec.n.lōge īterſe
diſtāt,cū timocratia quoq; multitudine cōſtet,et æquo iure ſint oēs,
ꝗ cēſi ſunt.minimū āt prauus ē ſtatus popularis,qppe ꝗ paulū decli-
net á Timocratia.His igit̃ rōnibus reſpublicę cōmutant̃,cū ſenſim
ꝓcliueq; in peius dilabuntur.Harū āt ſimilitudines, & uelut exēꝑla
deprehēdere licet & ī familijs.patris.n.ſocietas aduerſus liberos re-
gni figurā cōtinet.et liberi parētibus curæ ſunt. & Homerus Iouē
pr̄em appellat.patriū.n.imperiū regiā poteſtatē imitari vr̃.apud per-
ſas uero Tyrānidē exercēt pr̄es in liberos,qppe qbus vtātur,ut ſer-
uis Tyrānis ē etiā dn̄i aduerſus ſeruos,cū in ea heri utilitas tm̄ pro
curet̃.Veꝝ hæc recta uidetur,perſarum uero flagitioſa.diſpariū.n.
diſparia imperia.Viri autem cum vxore cōſociatio optimatum rei
publicę ſimilis apparet.pro dignitate enim uir imperat in his, quæ
uiri opera poſtulāt,ꝗ uero mulieri cōueniūt,vxori tribuit.ſed ſi oīa
ſuo īperio ſubijciat,in ſimilitudinē paucoꝝ dn̄atus dilabat̃.hoc.n.a-
gat cōtra,ꝗ uiꝝ deceat,nō ꝙ ita ſit melius; aut ſolus ipſe dignus, ꝗ
imperet. Eſt aūt cū et mulieres aliqñ dn̄ent̃ dotis magnitudine ela-
tę.nō igit̃ pro uirtute ſunt imperia iſta,ſed ꝑ diuitias, et opes uſur-
pant,quēadmodū in his ciuitatibus, ꝗ paucoꝝ libidini ſubiectę ſunt.
Fratrū uero ſocietas timocratiæ ſimilis ē.ſunt.n.pari iure,niſi qua-
tenus differūt ętatibus.Quod ſi magna diſtātia id eē cōtingat, non
ingenerat̃ īter eos amicitia fraterna. Maxime uero popularē dn̄atū
domus imitat̃,ꝗ dn̄o careat.in ea.n.ſunt oēs æquo iure.eodē mō ubi
fuerit ībecillus dn̄s,et cuiq; liceat qd̄ cuiq; libuerit. In vnaquaq; āt
repu.tm̄ amicitię īeſſe vr̄,quātū et iuſtitię.Et regi qdē amicitia ad-
uerſus populos ē in exuꝑatiōe meritoꝝ.nā ſi bonus ē,beneficijs ſuos
afficit populos,curatq; eoꝝ res ꝓſperas,et īcolumitatē, Quēadmo-
dū paſtor ouiū.Vn̄ Home.Agamenonē populoꝝ paſtorē nūcupauit.
huiuſmi ē et īperiū paternū.ſed ꝓſtat bn̄ficioꝝ magnitudīe,ortū.n.

habemus à patre, et educationem, et diſciplinam. quę eadē maioribus quoq; noſtris accepta nobis referuntur. Natura autem dominatur in filios pater. et innepotes aui. et Rex in populos ſibi ſubiectos. in diſparibus autem ſunt et amicitiæ huiuſmodi, quocirca coluntur genitores, nec inter eos eadem ſunt iura, ſed pro dignitate perſonarum, quomodo ineſt et amicitia. Viri autē, et uxoris eadem eſt amicitia, quę in optimatum poteſtate. eſt enim pro cuiusq; uirtute. et prȩſtantiori plus boni impartiuntur. et omnino cuiq; tribuitur quod quisq; meretur. eademq; eſt in iure diſpenſando ratio. Fratrum uero amicitię ſodalitio aſſimilātur. ſunt enim æquo iure, et ęquales. eos autem, qui tales fuerint, mores iydem eademque ſtudia et uoluntates conſecuntur. Huius ſimilis eſſe uidetur et quę inter cenſos amicitia ineſt. ęquo. n. iure ciues eſſe debent. et æqui et boni. et ex ęquo uiciſſimq; parere et imperare, ſic igitur et amicitia. In deprauatis autem rebus publicis quemadmodum iuſtum imminuitur, ſic et amicitia, eoq; magis, quo longius à recto diſcedatur. Quo circa in tyrannide nihil, aut parum ineſt amicitiæ. In quibus enim nihil commune eſt imperanti cum ſubiecto, in his neq; amicitia, ſed nec iuſtum quidē ullum, ſed ſunt ſic inter ſe affecti, ut opifex ad inſtrumentum, et herus ad ſeruum, et ad corpora animi. hęc enim eatenus curātur, quatenus uſui eē poſſint. amicitia uero nulla ineſt cū inanimis, nec iuſtitia ulla. Sed neq; cum equo, aut boue, neq; cum ſeruo, ut ſeruo. nihil enim commune huic cū domino. eſt enim ſeruus quaſi inſtrumentum animatum. Inſtrumentum uero quaſi ſeruus inanimus. ut igitur ſeruus eſt, non intercedit illi cum domino amicitia. intercedit tamen ut homo eſt. uidetur enim iuſtitia quædam eſſe cuilibet homini aduerſus quemlibet, qui legis, et cōuentorum particeps eſſe poſſit. Quo circa et amicitię aliquid cū ſeruo erit, ut homo eſt. Amicitiæ uero, et iuſtitię parum loci eſt in tyrannide, quę plurimū in populari republica uigent. multa enim communia habent, qui ęa-

pares ſunt, & æquo iure. In ſocietate igitur & communicatione omnis amicitia conſiſtit, ut dictum eſt, his exceptis, quę ſunt inter propinquos, & ſodales. quæ autem inter ciues, aut cõtribules, aut nauigantes, aut huiuſmodi genus alios conciliantur, communitatibus conſociationibusq; ſimiliores uideri poſſunt quippe, quę conſenſu quodam & quaſi pacto continentur. In has etiam conferri poſſunt & quę inter hoſpites coniunguntur. Et ea quidem amicitia, que eſt inter propinquos, multiplex eſſe uidetur, tota q; cum paternæ amicitiæ ratione eſſe coniuncta. diligunt enim parentes liberos tamquam ſuum quoddam, & viciſſim liberi parentes, tamquam ex illis aliquid ſint. certius autem nouerũt genitores quos ipſi procreauerint, quàm procreati, ꝙ ex his geniti fuerint. magisq; procreato conciliatur is, qui genuerit, ꝙ̃ qui generatus eſt ei, qui procreauerit. quicquid enim ex aliquo eſt, proprium eius eſt, vnde ortum habet, velut dens, aut capillus proprium eſt eius, qui habeat, eorum autem nullius id, vnde illa ſunt, eſſe dicuntur, aut certe minus. nemo enim capilli, aut dentis ſui pars eſſe videtur. accedit etiam ꝙ multo ante parentes diligere incipiunt. quippe qui liberos diligant ſtatim, cum primum in lucem editi fuerĩt. nati vero parentes amant progrediente ætate, cum ſcilicet ſapere, aut ſentire ceperunt. Ex his autem perſpicuum eſt, quã ob rem & matres plus diligant, ꝙ̃ diligantur. natos enim diligunt parentes, vt ſe ipſos. nam qui ex illis ſunt, quaſi alteri ipſi ſunt, quamuis ſeiuncti ſint atq; ſeparati. nati uero parentes amant, vt ab illis orti. Iam vero fratres diligunt inter ſe, quia ab ijſdẽ parentibus procreati fuerint. communitas enim, quæ eſt illis cum parentibus, facit eos quoq; inter ſe pares, ac penè eoſdem. hinc idem ſanguis dicitur, & eadem radix, & ſimilia. atq; ita quodammodo idem ſunt in ſeiunctis rebus, atq; ſeparatis. Multum etiam confert ad amicitiam ſimul educari, & par ætas, æqualis enim gaudet æquali, & conſuetudine inter ſe iuncti, ſodales etiam ſunt. quocirca & amicitia frater-

careant, facilius diſiunguntur. Quęrere autem quę ratio ſit vitæ degendæ viri cum uxore, et omninò amici cum amico, nihil aliud eſſe uidetur, q̃ quęrere, quo iure inter ſe utantur, nec enim idem eſſe uidetur in omni amicitiæ genere. aliter enim te geras cum amico, aliter cum ſocio, aliter ſi eſt condiſcipulus. Cum *ſint autẽ tria, vt dictum eſt, amicitię genera, & in ſingulis partim ſint pares inter ſe amici, partim impares, nam cum pręcipue ſit inter bonos amicitia, nihil tamen prohibet, meliores amicitia iungi deterioribus, eodẽ modo & quos delectatio, aut vtilitas conciliauit, alij quidem paribus ſe mutuo afficiunt voluptatibus, & vtilitatibus, alij uero non item, ſed eſt ubi alter ſuperior ſit, inter pares, quidem par beneuolentia, & reliqua omnia paria eſſe debent, Inter impares uero hæc eadem incunt pro rata parte eorum, quę alter in alterum conferre ualeat. In ea aũt amicitia, quę vtilitate conciliatur vel ſola, uel in ea pręcipue exiſtunt incuſationes, & querimonię, neq; id iniuria. Quos. n. uirtus amicitia coniunxit, hi ultro certant inter ſe officijs. hocq; virtutis et amicitię proprium eſt, Inter hos igitur ſic affectos nulla incidunt crimina, neq; concertationes. Quis. n. de eo conqueratur, à quo & ametur, et beneficia etiam tribuantur? cũ potius, ſi gratus eſſe velit, uiciſſim ipſe quoq; de eo bñ mereatur? Quòd ſi quis meritis ſuperior fuerit, tamen cum id qđ cupiat aſſequatur, eo contẽtus ſit, nec de amico cõquerat. Nec inter eos admodũ querellę oboriuntur, qui uoluptatis iucunditatisq; gratia coniunguntur. nam ſi mutua conſuetudine delectentur, vtriq; paratum eſt, quod uterq; appetit. ridiculus autem videatur, ſi non delectantem accuſet, cum liceat ſe ab illius abducere conſuetudine. in ea autem amicitia, quam vtilitas continet, ſolent exoriri criminationes & querellæ. nam cum ad utilitatem conſtituta ſit, in dies pluribus indigent, ſeque minus ab amico ferre exiſtimant, quam ęquum ſit. Et conqueruntur, quòd cum digni ſint, quibus omnia ſubminiſtrẽtur, non tm̃*

accipiant ab amicis, quanto ſit opus. Qui autem promerentur, non omnia tribuere poſſunt, quę deſiderentur. Videtur autem quemadmodum & ius duplex eſt, aliud quidem ſcriptum, aliud non ſcriptũ, ſic et amicitię, q̃ utilitate conſtituitur, alia quidem eſſe more & conſuetudine, alia vero lege, quas ſi quis uelit morales, & ligitimas amicitias appellet. exoriuntur igitur querellę & criminationes, cum nõ eodem modo contrahant, & contracta diſſoluant. Et amicitia quidẽ, quæ eſt lege, pactis & conuentis utitur, quæ & ipſa bifariam diuiditur. & vna quidem eſt ſordida, & ad forum facta, cum ex manu, vt dicitur, in manum eodem tempore datur & accipitur, ſplẽdidior altera, in qua etſi prçciditur, quid pro quo dandum, nec dubium relinquitur quid debeatur, dilatio tamen temporis datur, & dies ſolutioni dicitur ad amici commodum & vtilitatem. Quocirca nullæ ferè lites in hac exiſtunt, quippe cum ſtetur conuentis, & fides hinc inde data ſeruetur. amicitia vero, quę more et conſuetudine ducitur non in dictis, aut pactis poſita eſt, ſed amico, aut cuilibet alteri gratificantur, par, aut eo plus exigere poſtulantes, ut qui non dono, ſed quaſi mutuo dederint. Quod ſi non tantum acceperint, quantum expectauerint, & moris ſit, tunc expoſtulationes fiunt, & querimonię, ꝙ eo contingit, quia cuncti, aut bona pars honeſta quidem probant, ſed tamen anteponunt vtiliora. pulchrum eſt autem promereri, ſine ulla cogitatione, quantum id vtilitatis ſit allaturum, vtile uero beneficium accipere. Igitur qui poſſit, reddere debet ea menſura, qua acceperit, idq; ultro, & ſponte. neq; enim amici eſt aliquid inuitum facere. Et tamquam à principio errauerit, & ab eo à quo non debuerat, beneficium acceperit, neq; enim ob amicitiam dederat, ſed ut uiciſſim beneficium acciperet, ergo tamquam errauerit, veluti ex pacto quod acceperat ex ſoluendum eſt, aut profitendum gratiã ſe, ſi poſſit relaturum, nam ab eo, qui non poſſit, ne ille ipſe quidem, qui dedit, accipere poſtulabit, Quare, ut dictum eſt, ſi facultas adſit, redde

re

re debet, ab initio vero animaduertendum eſt, à quo beneficium accipiat, & quo id ille animo faciat, vt ſtatuere poſſit, velit nec ne, pro eo, quod accipiat, obligari. Dubitari autem poſſit, vtrum pro vtilitate bñficium accipientis, an pro officio cõferentis remuneratio facienda ſit. Nam qui beneficum accepere, id extenuare conſueuerũt, ꝙ parum ſibi profuerit, & ꝙ aliunde parare potuerunt. Contra qui dedit, maxima ſe contuliſſe, et quę ab alijs ſumere non licuerit, idq́; in amici rebus dubijs, et oĩno inopia aliqua, et vitæ neceſſitate laborantis. An potius cum amicitia vtilitate contineatur, accipientis utilitatis menſura eſſe debebit. hic eſt enim qui indiget. cui accommodat amicus, tãq̃ par beneficium reportaturus. Tm̃ igitur auxilium haberi conuenit, quantum ei profuit, qui accepit, eademq́; menſura reddi, qua et acceptum fuerit, aut etiã cumulatiori. id enim pulchrius, et honeſtius. In his igitur amicitijs, quas uirtus conciliauit, nullę exiſtunt querimoniæ, nullę expoſtulationes. pro menſura uero haberi debere videtur propoſitum, animusq́; conferentis. virtutis enim uis atque moꝝ electione pręcipue, et uoluntate ſpectari debet, vt non quod quiſq; dederit, ſed qua uoluntate et animo, conſideretur. Incidunt ẽt querimoniæ in his quoq; amicitijs vbi aliquę fuerint excellentię. cenſet. n. vterq; ſibi plus tribui oportere, quod qñ accidit, diſſoluitur amicitia. putat. n. qui præſtantior eſt, plus ſibi tribuendum eſſe, quippe cum probitati maiora debeantur. Eodem mõ et qui utilis extiterit. Inutilẽ. n. amicum negant ęquam partem ferre oportere. Et pro miniſtris ꝑbitoribusq; haberi aiunt, eos, quos pro magnitudine beneficiorum, quę contulerint, amici non remunerentur. Vt. n. in mercaturæ ſocietate fit, vt plus accipiant, qui plus conferunt, ſic ẽt in amicitia faciendum eſſe. Tenuior autem et deterior contra pſuaſum hẽt, boni eſſe amici, opem ferre indigentibus. Quidnam inquit prodeſt uiro bono, aut prępotenti eſſe amicum, ſi nihil id utilitatis ſit allaturũ. Videtur autem uterq; prope digna poſtulare, et ex-

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER NONVS.

IN OMNI *igitur amicitia diſpari proportio*
ea eſt, quę inęqualitatem adęquat, et amicitiam con
ſeruat, ut etiam antea dictum eſt, Quemadmodum
et in ciuili ſocietate, ſutori pro calceis, Textori, et
alijs opificibus pro cuiuſq; operis extimatione par
et ęquale opus retribuitur. Ad hęc numus comparatus eſt, qui eſſet
ad res oēs menſura cōis. ad eum igitur cuncta referuntur, eodemq́;
ponderantur. In amoribus autem ſepenumero conqueritur amator,
ꝙ cum perdite amet, non uiciſſim ametur ipſe, cum tñ nulla ex par
te fortaſſe amari dignus exiſtat. Sępe ēt et qui amet, ꝙ cum omnia
promiſſa fuerint, nihil poſtea pſtetur. Incidunt aūt huiuſmodi queri
monię, cū unus quidem uoluptatē ſequatur, alter uero utilitatē. dein
de cum hęc, q̄ amicitiam conciliarent, non prę ſtentur utrinq; tū diſ
ſolutio atq; diſtractio fit amicitię. nec enim ſe mutuo amabant, ſed
res alter alterius. quę quoniam ſtabiles et firme non erant, iccirco
amicitię quoq; diuturnæ eſſe non poſsunt. Quam uero conſimiles
mores finxerint amicitiam, hæc cum propter ſe conſtituta fuerit,
permanet, ut antea diximus. Offenditur etiam in amicitia, cum
alia, q̄ appetebant eueniant. Idē eſt. n, ac ſi nihil exibeat, cū quod deſi
derant non aſſecuntur, ut qui cythare do mercedē pollicitus eſſet, tā
to maiorē, q̄to melius ceciniſſet; poſtridie cū promiſſa repoſceret, uo
luptatē ſe pro uoluptate exhibuiſſe rñdit, ꝙ ſi uterq; hoc appetiuiſ

ſet, eſſet vtriq; ſatiſfactum. Verum cum vnus delectationem ſequatur, alter utilitatem, et ille quidem quod optat cōſequatur, hic uero, nihil, non eſt ea ęquabilis ſocietas, nec permanet amicitia. Quorum enim quis indiget, ea ſequitur. quibus ut potiatur, dabit quę ipſe pręſtare poſſit. Quanti vero unum quodq; meritum extimandum ſit dubitari poteſt, utrum dantis, an accipientis ſit id conſtituere. Qui.n. tribuit uidetur iudicium permittere accipienti. Quod prothagoræ moris fuiſſe dicunt. Cum enim aliquid docuiſſet, diſcipulo permittebat, ut ponderaret ipſe, quanti ea, quę didiciſſet, eſſe uideretur, tantumq; ferebat, quantum diſcipulus iudicaret. In huiuſmodi igitur quibuſdam rebus nonnulli ſat habent, illud vulgatum admonuiſſe, laborem quemlibet præmium repoſcere. Qui uero accepta pecunia nihil pręſtant eorum, quæ polliciti fuerant, quia nimis magna profiterentur, hi merito incuſantur. hoc fortaſſe ſophiſtæ facere coguntur. nam pro his, quæ ſciunt, nemo ne obolum quidem impenderet. iſti igitur non præſtito eo, pro quo mercedem acceperunt, merito ſunt in culpa. Inter quos ergo non fit operæ pactio, qui quidem ſponte, et amici cauſa officium præſtant, in his dictum eſt, ꝙ non eſt locus accuſationibus. talis eſt enim amicitia, quę uirtute coniungitur. remuneratioq; ſponte & voluntate facienda eſt, quod eſt virtutis et amicitiæ proprium. Hoc idem facere debēt hi, quibus cum philoſophia communicatur, nec.n. tanta res pecunia ponderanda eſt, nec ei par præcium reperiri poteſt, Verum id fortaſſe ſufficiat, quod et dijs, et parentibus ſatis eſt, cum pro facultatibus, & viribus tribuatur. Cum uero non ſic beneficium conferatur, ſed ob fructum aliquem, primum quidem fortaſſe remuneratio facienda eſt ea, quæ pro re collata, utriq; digna uideatur. Sin id non contingat, non neceſſariū tantum, ſed iuſtum ſit etiam, ut arbitrio accipiētis retribuatur. nam ſi hic pro utilitate, & uoluptate, quam ceperit, remetiatur ei, qui prior beneficium dederit, qui locus querellæ relinquatur? Hoc aliequando

quando et in rebus uenalibus fieri conſueuit. et quibuſdam in locis leges conſtitutę ſunt, quæ rerum ſponte traditarum iudicia eſſe nō ſinant, propterea ꝙ æquum ſit ei, qui credidit, iudicio diſſolui eius, cum quo contraxit, quem iuſtius ſtatuere poſſe putant, quanti ſit id, quod acceperit, q̃ is, qui dederit. cum plura ſunt enim, quæ nō tantidem ęſtimat qui ea conſequi cupiat, quanti qui poſſideat. ſua enim cuiq;, quę alteri tradenda ſint, magno ponderant, ſed tamen ea merces redditur, quam qui acceperit conſtituerit, q̃q̃ fortaſſe conueniat, vnumquodq; non tanti ęſtimari, quanti eſſe uideatur tunc, cū adeptus fueris, ſed quanti faciebas antequam conſecutus eſſes. Afferunt hęc quoq; dubitationem, vtrum parenti cuncta tribuenda ſint, & in omnibus obtemperandum. an ęgrotans medico potius, q̃ patri parere debeat. Et dux bellaciſſimus quiſq; deligendus. Eodem modo vtrum amico potius, q̃ uiro bono ſubſeruiendum. Et an pro meritis citius gratia referenda, q̃ in ſodalem conferenda, ſi vtrunq; fieri nō liceat. An de huiuſmodi omnibus determinare nō facile, cum in eis multę ſint, & uariæ differentię, quę magnitudine, & exiguitate, & honeſtate, & neceſſitudine diſcrepent, ꝙ autem non omnia ſint vni tribuenda, id quidem non obſcurum eſt. Et beneficia plerunq; reddenda ſunt, potiusq̃ ſodali gratificandum, ſicuti & mutuum ei, cui debetur reddi debet, potius q̃ ſodali beneficium tribuendum. an nō hæc in omnibus ratio cuſtodienda eſt? vt ſi quis à prędonibus redemptus fuerit, vtrū eū, qui ſe liberauerit, ſi capiatur, viciſſim redimat, quicunq; is ſit, aut ſi ne captus quidem fuerit, repetat tamen quod prædonibus enumerauerit, vtrum iſti reddat potius, q̃ patrem redimat captiuum? videtur enim omnino patri potius, vel quam ſibiipſi ſuccurrere debere. Vt igitur diximus, quod debetur, omnino diſſoluendum eſt. ſin officij collatio & quaſi ſatio honeſtate, aut neceſſitate precellat, huc potius declinandum eſt. Eſt autem cum ne ęquum quidem ſit de altero promereri, qui prior promeritus fuerit. vt ſi il

le viro bono benefecerit, quem ſcierit talem eſſe, & viciſſim petat vt de ſe promereatur is, qui hunc ipſum, qui prior promeritus fuerit, improbum certo ſciat, non ſit contra officium, non mutuo de illo promereri. cum & ei, qui commodarit, aliquando recte non par officium præſtetur. cum enim ille viro bono commodarit, ſpe certa vt mutuum reciperet, fieri poteſt ut is, cui ab improbo creditum ſit, non idem ab improbo ſperare poſſit. ſiue igitur ita ſe res habeat ueritate, non æqua ſit improbi poſtulatio, ſiue non ita quidem ſit, credatur tamen ſic eſſe, nihil contra, quàm deceat fieri uideatur, ſi vir bonus improbo denegauerit. Sed tamen, ut ſæpius dictum eſt, quæ de hominum affectionibus & actionibus habetur oratio ſimiliter, incerta eſt, atque ea, in quibus uerſatur. Quòd igitur non eadem omnibus tribuenda, neq; omnia parēti, quemadmodum nec Ioui omnia ſacrificia fiunt, ex his, quę diximus, ſatis perſpicuū eſſe poteſt. Quia uero alia parentibus, alia fratribus, ſodalibus alia debentur, pro meritis ſua ſingulis, & conuenientia tribuenda ſunt, id quod apud omnes obſeruari uidemus. Ad nuptias enim propinquos vocant, cū his enim commune genus, & in hoc quę aguntur communia eſſe omnia debent. Et hac eadem de cauſa, eoſdem in calamitatibus adeſſe debere exiſtimant. Quę vero ad uitam tuendā neceſſaria ſunt, ea præcipue debere uidentur parentibus liberi, quippe qui ab illis ortum habeant, quos hac de cauſa magis etiam, q̄ ſe ipſos curare debeant, et q̄ opus fuerint ſubminiſtrare. honor quoq; parētibus idē debetur, qui & dijs. ſed non idem patri, & matri, verum utriq; ſuus, quēadmodum alius tribuitur ſapiēti, alius Imperatori. Sua etiam ſenibus reuerentia debetur, quę pro ętate exhibetur, aſſurgendo & decedendo, & alijs huiuſmodi officijs pręſtandis. Inter fratres rurſum et familiares libertas, & omnium rerū communitas eſſe debet, proq: iniquis deniq; & tribulibus, & ciuibus, et reliquis oībus dāda opera ē, ut q̄ cuiq; debēt, cuiq; tribuāt, eaq; ad ſingulorū familiaritatē, et uirtutum,

tutē, & uſum referri debent. Inter hos igitur q́ ſunt generis eiuſdē facilis diiudicatio eſt, ſed in diuerſis, et differētibus difficilius id ē, non tñ ꝓp hoc deſiſtendū, ſed ea, quoad rei natura patiat, explicāda ſunt. Exorit āt dubitatio, nū aliqñ amicitiæ dirimēdę ſint, et quaſi diuortiū ab amicis faciendū, ſi nō ijdē ꝑmaneāt. Nā q́ vtilitatē, aut voluptatē in amicitia ſecuti fuerint, cū hęc iā non ſuppeditentur, licitū eſt illis ab amicitia diſcedere. eoꝝ.n. cauſa interceſſerat amicitia, q́bus amotis, nullū crimen eſt, iā nō diligere. Culpari āt merito poſſit, ſi quis ob vtilitatē, aut voluptatē diligens, moꝝ gratia et virtutis ſe diligere profiteatur. Nam quēadmodum ab inicio diximus, magnæ diſſenſiones exiſtunt inter amicos, cum non ea cauſa, quam opinentur, amicitia iuncta ſit. Cū igitur quiſpiam ſua opinione fallatur, & exiſtimet ob mores amari, amico nihil hanc eius opinionē impellente, tum ipſe ſe merito, non amicum culpare debet. Quod ſi amici ſimulatione deceptus fuerit, accuſari debet, q́ deceperit, magis etiā, q̄ q́ numos adulterauerit, quo in maioribus peccatum fuerit. Quod ſi quis amicum ſibi aſciuerit tanq̄ bonum, & exiſtat deinde malus, aut certe ita videatur, etiam ne diligēdus ille fuerit? an id fieri oīno non poteſt, ſi q́dem nō quoduis amari dignū, ſed tm̄ quod bonum eſt neq; igit̄ improbus diligendus, ac ne id quidē conuenit. non enim maloꝝ ſimilem eſſe decet. dictū eſt.n. ſimilem cū ſimile amicitia cōiungi. ſtatim ne igit̄ diſſoluēda amicitia eſt? an non cū oībus id faciendū? ſed cū his tm̄, quorū nequitia ſanari non poſſit. ꝙ ſi q́ corrigi valeāt, his tāto magis ſubueniēdū ad rōnem moꝝ, q̄ diuitiaꝝ, q̄to meliores ſunt boni mores, q̄ diuitiæ, et ad amicitiā aptiores. ꝙ ſi quis ab ip̄robi amicitia recedat, nihil alienū ab humanitate facere videat̄. nō.n. huic, aut huius gñris alicui, cū ſit ꝓbus ipſe, amicus eſſe pōt. Merito igit̄ cū illū ad priſtinos mores reuocare nequeat, amicitiā dirimat. ꝙ ſi vnus ī eo ſtatu maneat, in quo amicus eē cępit, alter vero ꝓficiat ī melius, et plurimū lōge, lōgeq; plurimū ꝟtute excellat

remaneant ne adhuc iſti inter ſe amici? an id fieri non poteſt? Nam qui magno interuallo diſſimiles fuerint, nullo pacto coniuncti eſſe poſſunt. Quod perſpici poteſt ex amicitijs à pueris inſtitutis. ſi enim alter pueri mentem retineat, alter uir q̃ optimus euadat, quanam rõne iſti inter ſe amabunt? quibus nec eadem placeãt, neq; iiſdem gaudeant doleant'ue. nec enim mutua hęc illi inerunt, ſine quibus amicitia cohęrere non poteſt, prohibebunt enim ſtudia diuerſa uoluntatũ coniunctionem, atq; conuictum. dictum eſt autem de his in ſuperioribus. Quid ergo? eodem ne modo in hunc, à cuius ſe amicitia remouebit affectus erint, ac ſi nunquam fuiſſet amicus? immo memoria retinenda veteris conſuetudinis & quemadmodum amicis potius, q̃ alienis gratificari oportere ducimus, ſic in his, qui aliquãdo fuerint, tribuendum eſt aliquid antiquę beneuolentię, modo ne inſigni nequitia extiterint, vt omnino diſſolutio amicitię facienda ſit. Quæ ãt ad amicos attinent, & ea quibus amicitiæ definiũtur, hęc ex cuiusq; erga ſe ipſum affectione profecta eſſe uidentur. hunc enim ſtatuerunt eſſe amicum, qui bona, aut quæ bona eſſe videantur optet amico, & eius commodis ſeruiat, aut qui velit ſupereſſe & viuere amicum ipſius amici cauſa. Quo quidem modo affectæ ſunt matres erga filios, & amici inter ſe, cum eos aliqua offenſa, ut fit, aliquãdo ſegregauerit. alij conuictu, & ad eadem ſtudia animi applicatione amicitiam contineri putant. nonnulli etiam amicum ſtatuunt eum, qui iiſdem condolet, & gaudet, quibus amicus. quo in genere matres erga filios pręcipue ponendæ ſunt. atq; his omnibus, aut certe aliquo conſtituũt amicitiam. quę ſingula plane inſunt in uiro bono erga ſeipſum. In reliquis vero eatenus, quatenus ſe bonorũ ſimiles eſſe opinantur. Videtur enim, quemadmodum etiam dictum eſt, virtus & vir bonus vnicuiq; eſſe menſura, hic enim ſecum ipſe congruit, & eadem appetit ex omni animi parte. Exoptat igitur ſibi, & agit quę bona ſint, aut eſſe videantur. eſt enim uiri boni in bono occupatum

eſſe idq́; mentis & intelligentiæ ſuę gratia, ideſt propter ſeipſum. ſua enim cuiuſq; mens quiſq; eſſe videtur. vultq; vir bonus viuere, & conſeruari, eã præcipue partem, qua ſapit. bonum eſt enim uiro probo, vt in ſtatu ſuo conſeruetur. Quiſq; autem ſibi ipſi bona exoptat. Quòd ſi alius fiat, & naturam quandam præſtantiorem conſequatur, nolit con ctos eandam adipiſci. ſi quidem & deus bonum ſuũ nunc quoq; retinet, aliud ab humano, quodcunq; illud fuerit. videtur autem vnuſquiſq; id eſſe, quod intelligit, & ſapit, ſi non ex toto, at ex maiori parte. Quin etiam bonus degere, & quaſi habitare ſecum gaudet, lætanter enim hoc facit, eſtq́; illi præteritorum iucunda memoria, & futuro᷑ ſpes bona, quę maxime voluptate afficiunt. Tũ bonis cogitationibus referta eſt illi mens. condolet enim & lętatur maxime ſecum, eiſdemq́; ſemper eodem modo afficitur, et nõ alias, alijs, eſt enim præditus firmitate atq; conſtantia. Cum igitur uir bonus in ſe quidem ita ſit animatus, erga amicum vero æque atq; erga ſe ſit affectus, eſt enim amicus quaſi alteer ipſe, nimirũ et amicitia ex his aliquod eſſe uideatur, & amici, quibus hæc inſint. Cum ſe ipſo autem utrum alicui amicitia ſit, nec ne, ea quæſtio in p̃ſentia dimittatur. quamuis alicui cum ſe ipſo amicitia uideri poſſit, cũ duę, aut etiam plures ſint cuiuſq; partes, vt in ſuperioribus planum factum eſt. Tum quæ eſt exuperatio amicitiæ, ei aſſimilatur amicitiæ, quę cuiuſq; ſecum eſſe poſſit. videntur autem ea, quę ſupra diximus, pleriſq; ineſſe etiam improbis. Quid eſt igitur quam ob rem eorum participes ſint? an ꝙ ſe ipſi probent, & bonos eſſe opinent? nam inſigniter improbis, & facinoroſis hominibus nihil horum ineſt, ac ne ipſis quidem ineſſe uidetur. diſſident enim á ſe ipſi, ſecũq; diſcordant, & cum alia probent, alia ſecuntur, uelut incontinentes, qui his, quę bona iudicauerint, voluptatem anteponunt calamitoſam. alij rurſus propter timiditatem, & ignauiam, quę optima ſibi fore putant, agere deſiſtunt. Qui uero multa & grauia facinora perpe-

trarunt, quosq; ea de cauſa omnes oderunt, hij & uitam fugiunt, & interdum ipſi ſibi mortem conſiſcunt. Quærunt etiam flagitioſi quibus cum uerſentur, & diem ducant. fugiunt enim ſe ſe ipſi, quippe quibus multa commiſſa ſubeant, & alia huiuſmodi cogitent, dū ſoli ſunt, quæ in cętu aliorum obliuiſcantur. Cumq; nihil in ſe habeant, quod amari dignum ſit, nullis amicitiæ commodis ſubleuantur. neq; igitur gaudent huiuſmodi homines, nec condolent ipſi ſecum, ſed agitatur eorum animus, & à ſe ipſe diſſidet, qui modo qua nequitia eſt, dolet, ſi quędam non potiatur, modo lætatur & huc illuc trahitur, eius partibus exagitatis, & in diuerſa trahentibus. Quod ſi non eodem puncto temporis lætari, & dolere valeat, at breuiſſimo poſt interuallo dolet, quia lætatus eſt. nec vellet id, vnde uoluptatem ceperit, ſibi fuiſſe iucundum. ſemper enim eſt improbis quod doleant, & quod admiſiſſe peniteat. non igitur uidetur improbus nec in ſe quidem amice affectus eſſe. nec enim eſt in eo amabile quicquam. Quod ſi ita eſſe animatum valde miſerrimum eſt, velis & remis, ut dicitur, improbitas fugienda eſt. dandaq; opera, ut boni ſimus. ita enim & nobis ipſi amici erimus, et alijs eſſe poterimus. Iam vero beneuolentia amicitię quidem ſimilis eſt, non tamen eſt amicitia. Eſt enim beneuolentia etiam aduerſus ignotos, et quæ clam illis eſſe poſſit, erga quos fuerit. amicitia vero non item, ut prius etiam pluribus explicauimus. ſed neq; idem eſt, quod amor. nec enim vehementiores habet impetus, qui amorem conſecuntur. pręterea non eſt amor abſq; conſuetudine, beneuolentia uero ſępe fit derepente, Quomodo aliquando ſubito afficitur quis erga pugiles, beneuolus enim fit, et illis uictoriam exoptat, non tamen auxilium ferat, nam, ut diximus, ſubito beneuolus efficitur, et leuiter diligit. Sed apparet beneuolentia principium eſſe amicitię, quemadmodum et amoris uoluptas ea, quę ca-

piatur

piatur aſpiciendo, nullum enim reperias, qui amet, niſi prius formę
aſpectu delectatus fuerit, nec tamen continuo amat, qui aſpectu tan
tum teneatur, ſed qui et abſentem deſiderat, et adeſſe cupit. Sic igi=
tur amicitia extare non poteſt, niſi preceſſerit beneuolentia. Bene=
uoli autem neque amici inter ſe, nec amare dici poſſunt. cupiunt
enim dumtaxat bona his, quibus beneuoli ſint, ſed nihil conferrent
ad eorum commoda, nec vllam moleſtiam ſuſciperent. Quare bene
uolentiam non abſurde, ratione quadam ſegnis quędam amicitia,
et remiſſa nominari poteſt, quæ poſtea inueterata, et conſuetudi=
ne corroborata ad amicitiam perducatur, non eam, quam fingit vti=
litas, aut delectatio, nam in his beneuolentia non ineſt. Is enim, qui
beneficium acceperit, ſi beneuolus eſt ei, qui promeritus fuerit,
id agit, quia debet ob acceptum beneficum. Qui vero prodeſſe pa=
ratus eſt, quia ſperet id ſibi maiorem quandam vtilitatem allatu=
rum, hic non beneuolus ſit ei, cui proſit, ſed potius ſibi ipſi, quemad
modum neque amicus, ſi colat propter ſpem aliquam beneficij. Et
omnino uirtute, et excellentia quadam conciliatur beneuolentia, ſi
quis probus, aut fortis, aut aliquid tale uiſus fuerit, quemadmodum
de pugillibus dicebamus. Concordia *etiam ad amicitiam per=*
tinere videtur. Quocirca non erit idem, concordes eſſe, quod eſt
eiuſdem eſſe opinionis. Etenim opinionis conſenſio inter eos etiam
eſſe poteſt, qui inter ſe ſunt ignoti. nec de quacunque re idem ſen=
tientes, concordes etiam inter ſe eſſe dicemus, ueluti qui de rebus
cęleſtibus idem ſentiant, nec ad amicitiam pertinet, de his idem
ſentire. nam alioqui poſſunt de his idem ſentientes uel capitaliter
inter ſe odiſſe. Verum ciuitates concordes eſſe dicuntur, cum de
cõi vtilitate conſentiant, et eadem ſibi proponant ad agendũ, idq;
exequi pgant, quod cõiter decretũ fuerit. In rebus igit agendis cõſpi
ratio cernitur, et concordia, pręcipue ſi res pondus habeant, et quæ
uel utriſque, uel oĩbus contingere poſſint, vt cum vniuerſę ciuitati

*magiſtratus deligi debere uideatur, aut ſocietatẽ, cũ Lacedemonijs
eſſe iungendam, Aut Pittacum imperare, ſi & ipſe aſſentiatur. Cũ
autem uterq; ſeipſum regnare uelit, ut eſt in Tragœdia de Eteo-
cle & Polynice, tunc ſeditio exoritur. Non enim eſſe concordes
eſt ad idem utrumq; cogitare, ſed in eodem aliquo agendo conueni
re, vt cũ populus, et meliores per optimates rempublicã adminiſtra
ri uelint: ita enim cuiq; contingit quod quiſq; deſiderat. Concordia
igitur amicitia inter ſe ciuium eſſe uidetur, quemadmodum dictum
eſt. curat enim publica commoda, & ea, quæ ad uitam degendam
ſunt neceſſaria. Eſt autem huiuſmodi concordia in bonis uiris. His
enim & ipſis ſecum, & cum alijs conuenit, quippe qui in omni-
bus ſibi conſtent, & idem omnes communiter ſpectent. Taliũ enim
ſtabilis uoluntas eſt, nec tanq̃ Euripus refluit, ſequunturq; utili-
tatem adiuncta honeſtate, Hæcq; cõmuniter deſiderant. Improbi au
tem nullo pacto concordes eſſe poſſunt, niſi fortaſſe ad breue tem-
pus, quemadmodum neq; amici, cum in commodorũ quidem ſocieta
te plus æquo ſibi appetant, labores uero & pericula, ne communiter
ferant, ſubterfugiant. Hæc autem qui ſequatur, uicinum urgeat,
& excludat neceſſe eſt. Ex quo fit ut publica utilitas neglecta inte-
reat, dum inter ſe litigant, & iuſtitiæ munere relicto ſe mutuo in-
ſectantur. Bene autem promeriti magis diligere uidentur eos,
quos beneficijs affecerunt, q̃ contra ab illis diligi. Quod mirum uide
ri poſſit, et accidere contra, q̃ fieri debeat. Complures igitur id cau
ſæ eſſe exiſtimant, q, hi debeãt, illis uero debeatur. Vt igitur in mu
tuatione, qui quidem debent, cupiunt perijſſe eos, quibus debent. Qui
uero commodarunt, curant inprimis eorum ſalutem, qui debent, ita
& promeritos optare, ut hi ſuperſtites ſint, quibus beneficium de-
derunt, ut habeant, qui parem gratiam referant. Qui uero debeant,
non curare, ut ſuperſint, quibus quæ acceperint, reddere cogantur.
Epicharmus igitur hæc fortaſſe eos dicere ſcribat, qui ex corruptis*

hominum

hominum moribus ita iudicent, quippe cum ingrati & acceptorum immemores complures reperiantur, procliuiores ad accipiendum, q̃ ad promerendum. Verum in natura potius cauſa inherere uidet, nec ſimilis eius, quę de mutatiōe profertur. non enim in illis, qui pecunias crediderunt amor ineſt. ſed qui credidit, eius, cui credidit ſalutem deſiderat, vt ſuum poſſit exigere, promeriti uero diligunt, quos beneficijs affecerunt nulla ducti vtilitate, nec preſenti, nec futura, Quod etiam in opificibus videre licet. cūcti enim diligunt opera ſua, magis q̃ ab illis, ſi ſenſum capiant, diligantur. Quod etiam apertius fortaſſe in poetis appareat. diligunt enim iſti mirandum in modum poemata ſua, tanquam filios. hoc idem uſu euenit & promeritis. id enim quod beneficio affectum eſt, opus eorum eſt. quod quidem magis diligunt, q̃ ipſi ab eo diligantur. huius autem rei cauſa eſt, ꝙ omnibus ſuus ſtatus atq; vita expetibilis, & chara eſt. vita autem cuiusq; cernitur actione. Cuncti enim ea re eſſe, & uiuere dicuntur, ꝙ aliquid agant, & operentur. Qui igitur quid agēdo produxerit, ipſe id opus quodāmodo eſt, quod egerit. amat igitur opus ſuum, quia ſe, vitam, naturamq; ſuam charam habet. atq; hoc quidē naturale eſt. quod enim eſt poteſtate, id eius officio indicatur, velut hominē eſſe cognoſcimus, ꝙ, uerbi cauſa, ſcribat, aut aliquid aliud operetur. Pręterea promerenti pulchrum eſt benefeciſſe, & iccirco eo ipſo delectatur, in quo bene facta collocauerit. Ei vero, qui beneficiū acceperit nulla gloria eſt ex promerēte, ſed utilitas tantum, hęc autem minus iucunda, minusq; amari digna. Nam pręſentis quidem temporis iucunda eſt actio ipſa. futuri, ſpes. præteriti, memoria. horum autem iucundiſſima eſt actio, & longe amabilis, quippe cum pręſentia quemq; bona, delectent magis, q̃ præterita, aut futura. promerito igitur manet opus ſuum. quod einm pulchrum, & glorioſum diutius durat. ei vero, qui beneficiū acceperit, vtilitas abijt. & ipſa memoria honeſtorum quidem, iucunda eſt, vtilium vero, nō

admodum,aut certe minus.contra uero eſt in expecactatione.popu lariter enim magis delectat expectata vtilitas, q̃ ſperata honeſtas. & amare quidem ſimile eſt,& bene facere. amari vero idem eſſe videtur,quod beneficium accipere. His igitur quorum eſt actio promerendi,conſequens eſt,vt diligant, & cętera munia obeant amicitiæ.præterea quę cum labore parta fuerint, cuncti magis diligere conſueuere,veluti qui rem ipſi parauerint chariorem habent,quàm qui ab alijs acceperunt. uidetur autem beneficium quidem accipere, eſſe abſque labore,conferre vero,laborioſum.Quam ob rem et matres filios magis diligunt,quàm patres, ſunt enim earum partes laborioſę magis,& ipſę plane nouerunt ſuos eſſe,quod & promerentium proprium eſſe videri poſſit. Sed quęritur,vtrum ſe quiſq; in primis amare debeat, an potius aliquem alium. Increpant enim eos, qui ſe ipſi maxime diligunt, & ut probro dantes nimium ſui amantes appellant.deinde improbi hoc eſſe videtur, vt omnia ſua cauſa faciat,& eo magis,quo ſceleratior fuerit,hunc igitur criminantur,quòd ſua tantum curet, & nihil alteri commodet,uir autem bonus pp̄ honeſtatem omnia facit, & quo melior,eo magis ē in alios beneficus,in amicum pręcipue.cuius vtilitatem ſuis commodis anteponit.ab his rationibus res ipſa & conſuetudo non iniuria diſcrepare uidetur.dictum eſt enim eum maxime diligi oportere, qui maxime ſit amicus,porro eum amicum in primis eſſe, qui nobis bona exoptet noſtra cauſa, etiam ſi id nemo ſciturus ſit.hæc autem pręcipue in quouis eſſe ſecum,itemq; reliqua omnia, quæ amicitiam continent.dictum enim eſt ſuam cuiusq; erga ſe affectionem,regulam eſſe ad alterius amicitiam. Cui ſenitentię etiam prouerbia aſtipulantur omnia,velut vna anima,& amicorum omnia communia, & amicitia ęqualitas,& genu tibia propius.Quę omnia uerius in ſeipſo,quàm in alijs dicuntur.præcipue eſt enim amicus ipſe ſibi. Ergo in primis ipſe à ſe ipſo amari conuenit.Merito igitur dubitatur,

vtra ſententia potior, cum ſint in vtraque propè paria momenta rationum. ſed hæc quæ diximus ſatius fortaſſe diſtinguere, & ſtatuere, quatenus, quo'ue modo vere dicantur, ita enim inter has rationes fortaſſe dijudicari poterit, ſi quomodo quis amans vtrinque dicatur animaduerterimus. Qui igitur id vituperant, ſui amantes vocant, qui de pecunijs, & honoribus, & corporis uoluptatibus plus æquo ſibi impertiuntur. hæc enim plerique appetunt, ſecunturq; ut optima, & de his inter ſe digladiantur, quorum qui plus ęquo ſunt appetentes, cupiditatibus indulgent, & omnino perturbationibus, & motibus rationi non obtemperantibus rapiuntur. quæ magna turba eſt, q̃ appetitu potius, quàm ratione ducatur, meritòquè qui ſe ipſi hoc modo diligunt, non probantur. Quòd autem qui ea, ut ſupra diximus, ſibi ſumunt, nimium ſui amantes vulgo nominentur, id quidem minime dubium eſt. nam ſi quis iuſtitiam maxime omnium exerceat, aut temperantiam, aut aliam quamuis ex virtutibus, & omnino ſemper honeſtatem ſequatur, hunc nemo ſui amantem uocauerit, nemo vituperauerit. Atqui talis multo magis ſui amans videri poſſit, quippe qui ſibi ſumat pulcherrima quæque, atque optima, & menti ſuę rationiquè obſequitur, & paret in omnibus, cuius eſt in homine principatus. Vt enim ciuitas, & cætus omnis id eſſe videtur, quod in eo excellit & dominatur, ſic et homo mens ſua & ratio dici poteſt, qui eſt in eo principatus. eſt igitur amans ſui, qui hunc amat, & huic obſequitur. Et continens quis, aut incontinens ideo dicitur, quia illius mens aut imperet, aut appetitionibus ſuperetur, tanquam ſua quiſque mens ſit, & ea quiſque feciſſe uideatur, & ſponte feciſſe, quę à quoque cum ratione facta fuerint. Quare perſpicuum eſt eſſe vnumquemque mentem, quæ in eo ſit. & optimum quemque hanc maxime diligere, Quo circa ſui amans præcipue fuerit, altero modo ab eo, qui vituperatur, Inter quos tantum intereſt, quantum uiuis re

cum ratione, an more belluæ appetitionibus rapiare, & honeſta ne appetas, an quæ videantur utilia. Qui igitur honeſtis actionibus incubuerint, eos cuncti amplexantur, & laudibus extollunt. q̃ ſi oẽs ad honeſtatem niterentur, & eam ſibi proponerent, cuius partes certatim tuerentur, & publice vniuerſi ius ſuum obtinerent, & priuatim ſinguli maximis bonis fruerentur, ſi quidem id uirtutis propriũ eſt efficere. Quo circa vir bonus amans ſui eſſe debet, nam & ſibi ipſe proderit honeſtis agendis, & cæteros auxilio iuuabit. Secus vero de improbo, hic enim ſi nimium ſe ipſe diligat prauis ablatus cupiditatibus, & ſibi ipſe oberit, & proximis. diſcrepant igitur inter ſe quæ improbus agit, & quæ ei agenda eſſent. uir autem bonus in officio perſtat. mens ſiquidem & ratio ea diligit, quę optima ſunt, eiq́; uir bonus obtemperat. quodq́; de eo dicitur, reipſa comprobatur, q̃ & amicorum gratia multum laborabit, & pro patria, ſi opus ſit, mortem non dubitabit oppetere, præq́; honeſtate pecunias abijciet, & honores & omnino bona, ea, de quibus cæteri digladiantur. anteponit enim vitam breuiorem, ſed quę magnis, & honeſtis gaudijs referta ſit, vitæ uel longinquæ, quę non ita lętans eſſe poſſit, vultq́; potius annum honeſtiſſime viuere, q̃ multos populariter, & facinus vnum tantum edere pulchrum & magnum, q̃ multa, ſed ea parua. Quod his cõtingere uidetur, qui pro patria, aut honeſtiſſima aliqua de cauſa morte decumbũt. Comparãt iſti igitur ſibi magnũ decus, dum rem negligunt, qua augeantur amici, quo fit, ut hi ditiores, illi nobiliores diſcedant. Quod dum agunt, maius ſibi bonũ ſumere uidentur. Eodem quoq; modo uir bonus in honoribus ſe geret, & magiſtratibus. cũcta enim hæc amico relinquet. eſtq́; hoc illi pulchrum, & laude dignum. rectè igitur bonus eſſe uidetur, cum honeſtatem cæteris omnibus anteponit. fit autem ut & actiones quę ſtuo ſas amico dimittat, quod ſit honeſtius id amico præſtare, quam ſi ipſe agat. In omnibus deniq; laude dignis plus honeſtatis ſibi uir bonus

nus impertitur. & hac rōne amātem ſui eſſe conuenit. nam vt vulgo fit, haud decet. Queritur etiam de beato, vtrum amicis, necne indigeat. Sunt enim qui dicant, fœlicibus nihil opus eſſe amicis, quippe quibus nihil deſit ad uitam degendam. abundare enim illos bonis omnibus. & nihil deeſſe his, qui ſatis habeant, & ſe ipſis contenti ſint. amicum enim, qui eſſet quaſi alter ipſe preſtare, quæ alter per ſe non poſſet. hinc illud prouerbij locum obtinere, cum deus res noſtras fortunet, quid amicis opus eſt? Verum abſurdum uideatur, ſi cum omnia beato tribuantur, amici etiam non tribuantur. quod bonorum externorum maximum eſſe videatur. ꝙ ſi eſt amici potius beneficium dare, q̃ accipere, eſtq́; item uiri boni, & omnino uirtutis de q̃ plurimis benemereri, honeſtius eſt autem amicis bene facere, q̃ alienis, amicis nimirum beatus quoq; indigebit, qui eſt idē uir bonus. Sed item queri ſolet, vtrū in rebus aduerſis magis amicis opus ſit, q̃ in ſecundis, cum & qui male rem gerat, externa ope indigeat, & cui proſpere ſit, conueniant amici, in qbus beneficiū quaſi Theſaurum collocare poſſit. Sed abſurdum fortaſſe ſit, beatum fingere ſolitarium. Nam quis appetat ſibi vniuerſa bona, vt ſolus fruatur? eſt enim homo ad ſocietatem factus, cœtumq́; ciuilē. hoc modo igitur & beatus affectus erit, qui ꝑditus eſt omnibus nature dotibus. perſpicuum eſt autem, ꝙ melius cum amicis, & uiris bonis uitam deget, q̃ cū alienis, & vulgaribus. opus eſt igitur amicis beato. Quid ergo dicunt antiqui? aut quomō uera eſt eorum ſententia, beatū amicis non egere? an ꝙ vulgo amicos ducunt eos modo, qui utiles fuerint? hac enim ratione fœlici nihil opus erit amicis, quippe q bonis omnibus affluat. & ſimiliter ne hos quidem amicos beati deſiderabunt, qui animi cauſa, & delectationis aſſumuntur, aut certe parum curabunt. nam cum ſit beatorum uita ipſa per ſe iucunda, aduentitia, conquiſitaq́; uoluptate non egebit. Cui igitur amicis opus non fuerit, hic non uidetur amicis indigere. Quod certe non ita ſe

definitum eſt.n,definitũ aũt boni naturã retinet. qđ uero natura bonum eſt,id etiam uiro bono accommodatum eſt.non eſt autem mala et deprauata natura ſumenda,neq; curis et dolore confecta. incerta enim et inconſtans hęc eſt,quẽadmodum quę illam ita afficiunt, qđ in ſequentibus,cum de dolore tractabitur,clarius apparebit.quòd ſi uiuere in bonis ducitur,iucundum quoq; habendum eſt. qđ ẽt ex eo conſtat, ꝙ omnes uiuere expetunt,pręcipue uero boni,et beati ,his enim ut uiuant maxime optabile eſt,et eorum vita beatiſſima. Qui autem cernit,ſenſum habet quidem huius actionis et qui audit,ſentit ſe audire.et qui ambulat,ambulare. et eodem modo in cęteris eſt aliquid in nobis,quod ſentiat ea nos agere,quę agamus.eſt etiam in nobis ut ſentiamus nos ſentire, et intelligamus nos intelligere. quòd autem ſentiamus,aut intelligamus ex eo eſt, ꝙ ſumus. nam eſſe,aut uiuere idem eſt,quod aut ſentire,aut intelligere.ſentire autem quẽpiam ſe uiuere ex his eſt, quę ſunt per ſe iucunda. ex natura enim eſt,ut uita bonum ſit.ſentire autem ſibi ipſi ineſſe bonum, iucundũ ducitur,et uiuere ipſum expetendum, pręcipue bonis. nam eſſe et uiuere bonum eſt uiris bonis,dumq; ſentiunt id, quod eſt per ſe bonum,uoluptatem capiunt. Quomodo autem affectus eſt uir bonus erga ſe ipſum,ſic et in amicum. eſt enim amicus quaſi alter ipſe. ut igitur optabile eſt cuiq; ſuperſtitem eſſe,ita et amicum , aut nõ multo ſecus.ſuper eſſe autem ideo eſt optabile,et expetendum, quia ſenſu percipitur id eſſe bonum , huiuſmodi uero ſenſus per ſe iucundus eſt.et de amico igitur ſenſu cognoſcendum eſt,quòd ſuperſit.id autem in conuictu maxime contingat, qui quidẽ poſitus eſt in orationis,conſiliorũq; cõmunione,nõ ut pecudibus,in eſcis et potionibus. ꝙ ſi beato optabilis eſt per ſe ſtatus et uita ſua, ꝙ bonũ, et iucundum natura ſit,optabilis item erit et amici uita , et amicus erit vnum de expetendis.quod autem quis expetat, id conſequatur neceſſe eſt,ſin minus,cum hoc careat, beatus eſſe non poterit. opus erit

igitur amicis, eiſdemq; uiris bonis ei, qui beatus futurus ſit. Sed queſtio exiſtit, vtrum complures amici parandi ſint. an quemadmo-dum de hoſpitalitate recte dici uidetur, vt neq; multi, neq; nulli ho-ſpites comparentur, eadem regula & in amicitia tenenda eſt. In his igitur amicitijs, quę ob vtilitatem conciliantur, eam opinionem ſeq, vtile eſſe uidetur, quippe cum laborioſum ſit, admodum multis in-ſeruire uiciſſim, et ad quod faciendum tota uita non ſufficere poſſe uideatur. plures igitur habere amicos, q̃ qui ad uitam degendã ſuf-ficiant, ſuperuacaneum eſt, et qui ad bene uiuendum ſint impedimẽ-to. Ad uoluptatem quoq; pauci requiruntur, qui ſint in uita, tanquã in epulis condimentum. Ex bonorum uero numero queri poteſt, utrũ complures parari conueniat, an ſit modus amicorum multitudinis, quemadmodum et ciuitatis: nam neq; ex decem hominibus ciuitas conſtituatur, neq; rurſum ex centum millibus. Sed nullus forteſſe certus ſit nnmerus, ſed omnis is eſſe poſſit, qui interiectus ſit inter quoſdam terminos. Et amicorum igitur non ſit definita multitu-do, ſed tot fortaſſe cõparandi, q̃ multi cũ vno aliquo conſuetudine et conuictu iungi poſſint. hoc enim ad amicitiam maxime pertineat. q̃ autem nemo cum multis degere queat, et ſe ipſum impertiri, id q̃-dem non dubium eſt. prӕterea et illos inter ſe amicos eſſe oportet, qui debeant ſimul omnes uſu et conſuetudine cõiungi, quod in mul-tis difficile factu eſt. nec enim facile eſt gaudere, et dolere commu-niter multos. et contingere poteſt, ut vni quidem lӕtandum ſit, alte-ri uero dolendum. et forſitan non recte multi parentur amici, ſed quot ad uitam degnedam ſufficiant. nec enim fieri poſſe uidetur, vt vnus multis uehementer amicus ſit. Sed neq; plures amare quiſ-piam poterit. Amor enim exuperatio quӕdam uidetur eſſe amicitiӕ. iſq; in vnum tantum exardeſcere ſolet. et uehemens igitur amicitia non niſi inter paucos eſſe poterit. Quod etiam rebus factis, et ueri-tate comprobatur. non enim multos comprehendit amicitia ſodali-

tia.

tia.& quæ celebrantur, inter duos fuiſſe conſtat. & ſi qui ſint, q multos ſibi amicitia adiungant, hij nemini amici eſſe videntur. uiſi ciuili more, vt qui oībus placere ſtudent, quos faciles & comes appellamus. q̄q̄ in hoc ordine vir bonus, etiam ſine iſta comitate & affabilitate multis amicus eſſe pōt. Quam vero uirtus contraxit amicitia, & eoꝝ ipſoꝝ cauſa, q amantur, inter multos eſſe non poterit. Quin cum vera amicitia p̄clare agat, ſi uel pauci, inter quos ea iungi poſſit, reperiantur. Atq; etiam quęri ſolet, ſecundis ne rebus, an aduerſis magis deſiderentur amici. certe in vtriſq; quęruntur. Nam et hi, quibus cum infæliciter agitur, auxilio indigēt, & quoꝝ ſecundæ res fluunt, quærunt quibus cum vitam ducant, & ſe oblectent, & in quos beneficia conferant. hoc.n. propriū eſt uiri boni, cum facultas adſit. In fortuna igitur afflicta neceſſariū eſt amicos habere, eosq; vtiles. ſed pulchrius id fit in ſecūda. Quocirca viros bonos quęrunt, quibus optabilius eſt benefacere, & cum illis vitam degere. Eſt.n. huiuſmodi amicorum p̄ñtia iucunda, & in bonis, & in malis rebus. leuamur.n. mærore amicis condolētibus. Quocirca dubitare quiſpiā poſſit, vtrum tanq̄ onus adiuctent amici. an hoc quidem non fiat, ſed eorum iucunda præſentia mærorem imminuat, cum exiſtimentur etiam condoleſcere. vtrum igitur ob hæc, an alia de cā mœrentes recreentur, in p̄ñtia quęrere omittamus. certe quod dictum eſt contingere uidemus. ipſa igitur amicoꝝ pręſentia iuncta quodāmodo videtur ex dolore lętitiave eſſe. Nam amicos intueri iucundum eſt, ei præcipue cuius afflictę res ſint. & ex illis prouenit quodam leuamē doloris, & ægritudinis. affert.n. ſolationem amicus, & aſpectu ipſo, & oratione, ſi mō commodus ſit. nouit.n. amici mores, & tenet quibus rebus lætari, quibusve triſtari ſoleat. Sentire uero amicum dolere tuis rebus aduerſis, id nimirū moleſtum eſt. refugit.n. quisq; ne amicis cauſam doloris exhibeat. præcipue uiri fortes & generoſi cauent, ne cum ipſi doleant, amicū in eādem mæſtitiam contrahant,

nec eius ſolicitudinem ſuſtinent, niſi dolorem, quo ipſi afficiantur, ſuperet ille aĩ firmitate, & cũ no dolentes non admittuntur à fortis bus, cum ipſi ab huiuſmodi affectione ſint alieni. Mulierculæ uero, & earum ſimiles viri condolentibus delectantur, & eos habent amicos, q ſuæ ſolicitudinis & mœroris participes eſſe non recuſent. ſed in oĩbus rebus meliora ſcilicet imitanda ſunt. In rebus autẽ ſecũdis amicoꝝ præſentia, & uitam lætiorem reddit, & opinionem ingenerat, eos bonis noſtris delectari. Quocirca ad proſpera quidem fortunam ultro amici conuocãdi ſunt. pulchrũ eſt enim eſſe beneficum. In aduerſa uero, timide & cunctanter. minime.n. decet velle miſerias noſtras amicis impertiri. vnde illud, ſatis eſt, ꝙ ego miſer. præcipue uero amicos inclamare conuenit, ſi ipſi parua moleſtia poſsint nobis magnas adimere ſolicitudines. Cõtra uero forteſſe cõueniat, vltro & feſtinãter ad amicos accedere laborãtes. eſt.n. amici ꝓpriũ benefacere, his præcipue, qui egeant, nec tñ poſtulent. nã ſic utriq; & q dederit, & qui acceperit honeſtius eſt, & iucũdius. ad res autẽ amici bonas eundũ ſine mora, ſi quid profuturus ſis, nam hic quoq; eſt amicoꝝ uſus. ſin vt beneficium accipias, cũctanter eundũ. non.n. pulchrum eſt, ad cõmoda properare. cauendum tñ forteſſe ſit, ne in beneficiis repudiandis inſuauis eſſe videare. nã hoc quoq; aliquando contingat. amicoꝝ igitur præſentia omnibus optabilis eſſe uidetur.

Vt igitur amatores aſpectu delectantur, & uidendi ſenſus cæteris omnibus anteponunt, quia in hoc amor conſiſtat, et per hunc ins generetur, ſic et amicis obtabile eſt vnà uiuere. nam amicitia nihil aliud eſt, q̃ reꝝ omnium cõmunicatio, atq; coniunctio. et ut quiſque in ſe affectus eſt, ita et in amicum. de ipſo autem ſentire ſe uiuere, et ſupereſſe optabile eſt, igitur et de amico. at hoc maxime in conuictu et uſu deprehenditur, ut et ſua ſibi, et amici vita et ſtatus ſentiatur. merito igitur vnà uiuere cupiunt. et quicunq; ſingulis ſtatus fuerit, aut ſtudium, quod maxime adamauerint, et cuius gratia uiue

re

re iucundum ſit, in hoc occupati cum amicis degere geſtiunt. Quo: circa compotant alij, alij talis ludunt, partim vnà exercentur, venantur'q;, ſinguli hæc vnà facientes, quibus maxime in uita ſtuduerint. Cum enim ſimul uiuere cōſtituant, hęc exercent, hęc communicāt, quibus conuictus confirmatur uel ad perpetuitatem. Redditur igit malorum amicitia praua, talia enim communicant inter ſe, et incō: ſtantes ipſi, et uicioſi efficiuntur, dum ſimiles euadūt alter, a'terius. Bonorum vero amicitia proba eſt, et conſuetudine uſuq; augetur ui dentur enim in dies ſingulos meliores fieri exercitatione officiorum, et ſi quid erratum fuerit, caſtigatione mutua. exhauriunt enim uiciſſim alter ab altero, quæ vtrinque probentur, et placeant. Nam à bonis, bona, et contra à malis, mala. Ac de amicitia haſtenus. deinceps de uoluptate dicendū.

FINIS NONI LIBRI.

ARISTOTELIS STRAGIRITAE PHILOSOPHIAE MORALIS AD NICOMACHVM BERNARDINO TREBATIO VICETINO INTERPRETE.

LIBER DECIMVS.

POST *hæc ſequitur, vt de voluptate diſſeramus, quandoquidem hæc in primis peculiaris humani generi eſſe uidetur. Quocirca erudientes iuuentutem, dolore & uoluptate moderantur. Tum ad uirtutē morum magni momenti eſſe uidetur, & lætari rebus bonis, & dolere contrariys. hæc enim pertinēt per totam uitam, pondus, vimq́; maximam habentia ad uirtutem, et vitæ fælicitatem. nam iucunda expetunt vniuerſi, hisq́; contraria deuitant. Hęc igitur minime prætermittenda eſſe uidentur, cum præcipue in magna cōtrouerſia, & diſceptatione uerſentur. Namq; aliy voluptatem ſummum bonum eſſe ſtatuunt. contra aliy malum, vel maximum. Quod ita eſſe re ipſa & veritate nonnullis forſitan perſuaſum ſit, partim vero ad vitam communem cōferre exiſtimant, ſi voluptatem in malis eſſe habendam conſtitutum fuerit, vt etiam non ita ſit, plęroſq; enim ad illam procliuiores, & inferiores eſſe. Quocirca in contrariam partem eſſe deducendos, quo facilius ad mediocritatem reuocētur. Quæ quidem fortaſſe non recte dicantur. nam quę oratio eſt de affectionibus, & actione minus credibilis eſt, q̄ res ipſę factæ. Cum igitur ab his diſſidet, quę ſenſu percipiuntur, contemnitur, & veritati etiam fidem detrahit. Qui enim uoluptatem uituperauerit, hic ſi viſus ſit aliquando eam deſiderare, ad illam ita ferri exiſtimatur, tanq̄ ſit vniuerſa expetenda. non eſt enim vulgi diſtinguere res ita*

ut

ut ſciat, voluptatem tũ uituperari, tum etiam laudari recte ſolere. oratio igitur uera non ad ſcientiam tantum cognoſcendam plurimũ ualere uidetur, ſed etiam ad uitam communem. nam tum demum comprobatur, cum factis congruere deprehenditur. excitatq; intelligentes, vt ſua in uiuendo quaſi preſcripta ſequantur. Sed de his ſatis. nunc ad uoluptatem redeamus. Eudoxus igitur ſummum bonum uoluptatem eſſe arbitrabatur ex eo, ꝙ omnia & quæ ratione utunt, & quę rationis expertia ſunt, illam appetere uiderentur. quod enim ab omnibus expeteretur, id eſſe bonum, optimum vero, quod maxime concupitum eſſet. Ex eo autem, ꝙ ad voluptatem omnia ferantur, declarari, eſſe illam omnibus ſummum bonum. ſingula. n. quæ bona ſibi ſint parare, ut eſt paſtum. Quod igitur omnibus bonum ſit, & quod vniuerſi deſiderent, id eſſe ſumum bonum. Et hę quidẽ rationes fidem faciebant, magis propter authoris uirtutem, q̃ ꝙ põdus habere uiderentur. namq; excellenter uidebatur ille temperatus eſſe, ita ut non tamquam uoluptatis amatorem hęc eum dicere arbitrarentur, ſed ꝙ ita res ſe haberet ueritate ipſa. Idem etiam nõ minus ex cõtrario indicari arbitrabatur. nam cum dolor ſit ipſe per ſe fugiendus, conſequens eſſe, ut contraria voluptas ęque expetenda ſit. Tum illud in primis eſſe expetendum, quod non alterius gratia peteretur, huiuſmodi autem omnium conſenſu eſſe uoluptatem. neminem enim exiſtere, qui alterum interroget, ob quam rem lætari uelit, quippe cum inter omnes conſtet, uoluptatem eſſe ipſam per ſe expetendam. huc accedere, ꝙ cuicunq; bono illa addatur, id pręſtantius faciat, & optabilius, ut ſi iuſtis, & temperatis actionibus adiuncta ſit, eas reddat optabiliores. atqui bonum non niſi bono augeri cõſueuit. Sed hęc ratio hoc tantum agere uidetur, ut uoluptas bonum ſit, non tamen ut magis ipſa ſit bonum, q̃ aliud. nam omne bonum cum alio bono coniunctum optabilius fuerit, q̃ ſi ſolitarium ſumat. Huiuſmodi igitur ratione & Plato uoluptatem ſummum eſſe bonũ

confutabat. eſſe enim uitam iucundam optatiorem cum prudentia, q̃ ſi ea abſit. ꝙ ſi conglutinatio hæc iucunditatis cum prudentia ſit melior, non eſſe ſummum bonum uoluptatem, quippe cum ſummũ bonum non creſcat, nec optabilius fiat cuiusuis alterius boni acceſſione, perſpicuumq́; eſt nec vllum aliud fore ſummum bonũ, quod addito alio per ſe bono optabilius fiat. Quid nam igitur eſt huius modi, cuius ſcilicet & nos participes ſimus? nam tale quoddam perquiritur. Qui enim negant id eſſe ſummum bonum, quod omnes appetant, nihil plane dicunt. quod enim omnibus uideatur, id ita eſſe conceditur. Qui uero huic omnium opinioni detrahere conetur, nihilo magis probabiliora proferat. Nam ſi ſolum indocti uoluptatẽ ſequerentur, dicerent aliquid, qui eam ex bonis remouendam cenſerent. Cum uero æque à ſapientioribus expetatur, quid eſt, ꝙ habeãt contradicere? q̃q̃ quid probibet in prauis quoq; hominibus naturale quodam ineſſe bonum præſtantius, q̃ pro eorum conditione, quod deſideret, & appetat proprium bonum? Sed neq; eam rationem, quæ ex contrario ducebatur, quicquam probare concedunt. non enim ſequi, vt, ſi dolor ſit malum, ſtatim uoluptas in bonis habeatur. contrarium enim eſſe et malum malo, uelut prodigalitatem auaritiæ, & hæc utraq;, bono, ut liberalitati. quæ quidem non male dicunt. ſed in his locum non habet. nam ſi utrunq; malum eſſet & dolor & uoluptas, eſſet utrunq; fugiẽdum. ſin neq; bonum, neq; malum, neutrum neq; fugerent, neq; expeterent, aut æque fugerent, aut ęque expeterent. nunc uero dolorem quidem, ut malum fugiunt, voluptatem uero, ut bonum expetunt. Et hac ratione igitur inter ſe contraria ſunt dolor et uoluptas. Præterea non ideo uoluptas bonum nõ erit, ꝙ non ſit de numero qualitatũ. nã neq; uirtutis actiones qualitates ſunt. neq; ipſa beatitudo. Addũt ẽt bonũ determinatũ quodã eſſe, voluptatẽ verò interminatũ, ꝙ alia alia maior, minor'ue eſſe poſſit. Hoc igit ſi in ipſa voluptate capiẽda iudicant, et dum lætãt

idem

idẽ accidet & in iuſtitia, & alijs uirtutibus. in qbus & magis et minus ſine cõtrouerſia tales eẽ dicimur. Sũt. n. iuſtiores alijs alij, et fortiores. eſt ẽt magis minusve iuſte & tẽperate agere. In ipſis ãt voluptatibus ꝑ ſe ſine applicatione ad nos cõſideratis uidendũ eſt, ne non ſatis ſit cauſę, eas eſſe interminatas, ꝙ alię ſint meræ & ſimplices voluptates, aliæ ꝑmixtę. Nã quid probibet, quẽadmodũ de valetudine dicitur, q̃ tñ terminata eſt, ꝙ alia maior eſſe poteſt, alia minor, ſic & de voluptate dici? non. n. eadẽ temperatio eſt in cibus. ac ne ĩ vno quidem & eodẽ, eadem ſemper eſt. ſed quãuis remittatur, minorq́; fiat, ꝑmanet tñ, & nomen retinet vſq; ad certum finem, & differt accretione, & imminutione. Tale igitur quodã & in uoluptate põt contingere. Qui vero ſummũ bonũ perfectũ quoddam eſſe ſtatuũt, motiones vero & gñationes imperfectas, hi uoluptatẽ motum et generationẽ eſſe probare conantur. & id quidẽ non recte. nec. n. motio voluptas eſt, ſiquidem cuilibet motioni propria eſſe vr̃ celeritas & tarditas. idq́; ſi minus in ſe cõtineat, vt motio ſupremi cęli, quę ęquabilis eſt, at huiuſmodi eſt, ſi cũ alia motione cõferatur. voluptati vero neutro mõ celeritas ineſt, aut tarditas. nã ad lętitiã deduci, velut etiam ad irã quiuis celeriter põt, lætari uero celeriter et cõcitate nõ põt, neq́; per ſe, neq́; ſi cũ alio conferatur, vel ꝟ incedat quis celerit᷑, & augeatur, & id genus alia. Motio igitur ex alia affectione, velut ex dolore ad uoluptatem celeriter & tarde fieri dicitur, ipſum autẽ opus lætitię, id ẽ lętari, nec celeriter, nec tarde fieri dicit᷑. Iã uero quo modo uoluptas generatio eſſe poterit? non enim ex quolibet quod uis generari uidetur, uerum ex quo aliquid ortum eſt, in id diſſoluitur. & cuius generatio voluptas eſt, huius erit dolor interitus. Et addunt dolorem quidem eſſe indigentiã eius, quod natura deſideret, voluptatem vero expletionem, quę ſunt corporeę affectiones. ſi igitur voluptas expletio eius ẽ, qđ natura deſiderat, in quo ea expletio fiat, id lætet necesse eſt. corpus igit᷑ lętabit᷑, qđ qdem abſurdũ videat᷑. nõ

eſt igitur voluptas explectio aliqua. uerum dum fit ipſum opus explectionis, lętetur quiſpiam, quemadmodũ doleat, dum ſecetur, aut uratur. Opinio autem hæc ex dolore, & uoluptate, ea, quæ ex epulis prouenit, orta eſſe uidetur. nam cum ex indigentia cibi dolorem cęperimus, lętamur eiuſdem explectione: hoc autem non fit in omnibus uoluptatibus, quippe cam multę exiſtãt ſine vllo dolore, aut moleſtia, quæ pręceſſerit, uelut quas capimus ex mathematicis, ex odoratu, auditu, uiſu, reliquis ſenſibus. memoria etiam pręteritorum, & ſpes futuri boni ſæpius iucundę eſſe ſolent. cuius igitur hæ generationes erunt? nullius enim rei indigentia antegreſſa eſt, cuius explectiones fierent. His uero, qui turpes quaſdam proferũt uoluptates, & obſcenas reſponderi poteſt, eas non recte dici uoluptates. nõ enim ſi quæ male affectis iucunda ſint, ea omnino iucunda putanda erunt, ſed illis dumtaxat. neq;, quę ægrotis ſalubria, aut dulcia, aut amara fuerint, ea huiuſmodi haberi conuenit, neq; quæ alba lippis uideantur, alba ducantur omnino. aut ita etiam occurri poſſit. uoluptates eſſe quidem ipſas expetendas, non tamen ex obſcenis & turpibus expetendas. quemadmodum neq; diteſcendum proditionibus exercendis, nec expetendam ualetudinem nihil non edendo. Aut ẽt dicẽdum, ſpetie differre uoluptates, cum alię ſint à rebus honeſtis, alię à turpibus & obſcenis. neq; qui iuſtus non ſit, iuſtitię ullam capiat uoluptatem, nec muſicę admodum, qui muſicę ignarus fuerit. eodem modo & in alijs. Oſtendere etiam uidetur amicus, qui eſt alius ab adulatore, non eſſe bonum uoluptatem, aut plura eius eſſe genera. etenim amicus ſe gerit pro amici bono, aſſenator uero pro uoluptate. & hoc quidem uituperatur, illud uero laudatur, quippe cũ diuerſa ſint ſtudia. Præterea nemo eam ſibi conditionem optaret, ut per omne uitæ tempus degeret pueri mente præditus, lætans his omnibus uoluptatibus, quas pueri q̃ maximas ducunt, aut imperpetuum afficeretur quibuſdam turpibus uoluptatibus, nullam vnquam

moleſtiam ſubiturus. Multaq; exiſtunt, quibus tamen ſtuderemus, quamuis nullam vnquam voluptatem eſſent allatura, ut eſt uidere, meminiſſe, ſcire, virtutes habere. ꝙ ſi uoluptates ad hęc neceſſario conſecuntur, nihil id refert. nam ut etiam ab illis nulla uoluptas proueniret, ea nihilominus expeteremus. ꝙ igitur neq; bonum, nec expetenda uoluptas omnis perſpicuum eſſe uidetur, quemadmodū quaſdā eſſe per ſe expetendas, quę ab his, quæ fugiendę ſunt ſpetie differāt, uel his ipſis, vnde exoriuntur. Et hæc quidem de uoluptate et dolore dicunt. Quid autem, aut qualis ſit, uoluptas facilius intelligetur, ſi paulo altius repetamus. Oculorum quidem acies quouis tempore perfecta eſſe videtur. nec enim quicquam deſiderat, quod poſtea aduinctum illius formam perficiat, et compleat. Huic ſimilis voluptas eſſe videtur. totum enim quoddam eſt. nec vllo tempore voluptatem capias, cuius in dies creſcentis forma perficiatur, ſed ſimul ac quiſpiam ea fuerit affectus, tota in eo eſt, quantacunq; in eo genere eſſe poteſt. Quocirca neq; motus eſt, in tempore enim cernitur motus omnis, et ad aliquem finem refertur, velut ædificatio tūc perfecta eſt, cum quod ſibi quaſi propoſuerit, totum perfecerit, ad quod omne tempus ſumitur ædificationis. nam in partibus temporis motus omnes imperfecti ſunt. et ſpecie differunt ab uniuerſa motione, et ipſi inter ſe. lapidum enim conſtructio alia eſt à columnarum erectione, et hęc ipſa differunt ab uniuerſa fabrica, uerbi cauſa templi. quę quidem iam perfecta habetur poſt ędificationē. quippe cum nihil deſit ad id, quod propoſitum fuerat. fundamenti uero fabrica, et columnarum imperfecta eſt. pars enim utraq; eſt. ſpetie igitur differunt. nec eſt in quauis parte temporis motū ſumere ſpetie perfectum, pręterquam in toto. Eodem modo et in greſſu, et reliquis motionibus. Nam ſi tranſitio motus eſt à quoddam principio ad certum finem quaſi inter duos terminos, et huius tranſitionis diuerſę ſpeties erunt, uolatus, greſſus, ſaltatio, et alia huiuſmodi. nec

in his tantum differentia eſt, ſed etiam in ipſo greſſu.n.m extrema
motus, quos dicebamus terminos, principium ſcilicet et finis, non ea-
dẽ ſunt in ſtadio toto, et i eius parte, et diuerſa ſunt in alia atq; al a
pte, nec idẽ eſt ptrãſire hãc, et illã lineã, nam non ſolũ lineã quis pter
gredit, ſed lineã in hoc, uel in illo loco collocatã. aliũ. n. hęc occupat
locum, et aliũ altera. Sed de motu in alijs accuratius dictum eſt, qui
quidem non in quouis tempore perfectus eſſe uidetur, ſed multa im-
perfecti eſſe, et ſpecie differentes, ſiquidem extrema ipſa, vnde ſci-
licet incipit motus, et quo deſinit, ſpeciem commutant et uariant, vo-
luptatis autem in quouis tempore forma abſoluta eſt. Si igitur hęc
ſic ſe habent, perſpicuum eſt, non idem eſſe uoluptatem, quod mo-
tio ſit. ſed hanc quidem ſępius imperfectam, illã uero, totum quod-
dam ſemper, et abſolutum. Hoc ipſum etiam ex eo cognoſci po-
teſt, ꝙ nihil non in tempore moueri contingit, lętari uero, et uolu-
ptate affici abſq; tempore contingit. nam quod nunc, in ipſo puncto
temporis lætetur aliquis, totum quiddam id eſt. Ex his etiam perſpi-
cuum eſt, non bene ſentire eos, qui voluptatem, motionem, aut gene-
rationem eſſe dicunt. etenim non omnium hæc ſunt, ſed eorum tm̃,
quę diuidi & ſecari poſſunt, quæq; non ſunt quędam tota, & indiui-
dua. nec. n. aſpectus eſt gñatio aliqua, neq; puncti, neq; vnitatis, neq;
horũ quiſpiam motus, neq; igitur voluptatis erit motus, quippe q̃ totũ
quoddam ſit. Cum vero ſenſus omnis in id, quod ei obyciatur, opere-
tur, idq; perfecte agat, qui bene affectus ſit ad pulcherrimũ quodq;
eorum, quæ ſub ſenſum cadunt, huiuſmodi enim actio maxime ui-
detur eſſe perfecta, (ipſum autem ſenſum dicere operari, aut id, in
quo fuerit, nihil in pręſentia differat) in ſingulis pſtantiſſima actio
eius eſt, qui optime affectus fuerit, ad pręſtantiſſimum quodq; eo-
rum, quæ ſub illius actionem cadere poſſunt. hęc enim perfectiſſi-
ma erit, & iucundiſſima. In omni autem ſenſu uoluptas ineſt. ſimi-
liter & in cogitatione, & contemplatione. iucundiſſima autem eſt

quæ

quę perfectiſſima. at perfectiſſima eius eſt, quod bene affectum ſit ad optimum quodq; eorum, quę illi ſubijciuntur. perficit uero operationē uoluptas, ſed non eodem modo, quo ſenſus & id, quod ſub ſenſum cadit, ſi ſit vtrunq; perfectum. quemadmodum neq; eodē modo valetudo, & medicus efficiunt, vt quiſpiam benevaleat. In unoquoq; autem ſenſu perſpicuum eſt ineſſe uoluptatē. aſpectus enim, & auditiones iucundę eſſe dicuntur. pręcipue uero manifeſtum eſt ita eſſe, ſi ſenſus pręſtantiſſimus fuerit, & in tale etiam operetur. Cum huiuſmodi autem ſit & quod ſentit, & quod ſenſui ſubijcit, ſemper voluptas aderit, ſi modo ſit qui agat, & qui quaſi patiatur. abſoluit autem actionem uoluptas, non ꝙ tanquam habitus inſit, ſed vt finis quidam adueniens, velut ætate florentes cōſequitur pulchritudo. quamdiu igitur id, quod in ſenſum cadit, aut intelligentiam tale ſit, quale eſſe debet, & eodem modo quod diſcernit, & contemplatur, tamdiu erit in actione uoluptas. nam cum ſimilia fuerint, & eodem modo ſe inter ſe habeant & quod patitur, & quod agit, idē effectus contingere conſueuit. Quid ſit igitur, ꝙ nullus continenter lętatur? an ea eſt cauſa, ꝙ defatigetur? nullo. n. pacto poteſt hominū genus ſemper uerſari in actionibus. cum igitur nihil agat, nulla afficitur uoluptate, ꝗppe quæ non ſeparet ab actiōe. Quędā uero nouitate ipſa delectant. ſed cum eius nouitatis grā defloruerit, non ita delectāt. Primo. n. excitatur mens & cogitatio, & intēſius in res nouas agit, quēadmodū qui eaſdem oculis intuentur. poſtea uero remittitur de huiuſmodi actione. quocirca & uoluptas languidior efficit. ꝙ autem omnes appetant uoluptatē, id eſſe cauſæ uideri pōt, ꝙ omnes uiuere deſiderant. vita autem actio quędam eſt. Et vnus quiſq; in hæc, & his quaſi inſtrumentis agit, quæ maxime diligit, velut muſicus in cantus, auditu, & literarum ſtudioſus, in artium præcepta, mentis cogitatione. ſic & reliquorum quilibet. voluptas autem cum perficiat actiones, & uitæ tuetur quaſi perennitatem, quam ſecun-

tur vniuerſi. Merito igitur ac iure uoluptas expetitur, quippe quæ uitam conſeruet, rem unam omnium maxime expetendam. Vtrum uero propter uoluptatem uiuere expetamus, an contra propter uitã uoluptatem adamemus, ea diiudicatio in præſentia dimittitur. copulata enim hæc eſſe uidentur, nec ullo modo diſiungi poſſe. etenim abſq; actione nulla uoluptas eſt, et actionem quamlibet uoluptas abſoluit. Ex his quoq; cognoſci poteſt ſpetie differre uoluptates. Quæ enim ſpetie differunt, ab alijs & alijs perfici exiſtimamus. quod apparet etiam in naturalibus, & his, quæ ſunt artis. ceu ſunt animalia, & arbores, & pictura, & ſtatuæ, & domus, & vas. eodem modo & actiones ſpẽ differentes perſpicuum eſt perfici à uoluptatibus ſpecie differentibus. differunt autem mentis & rationis opera ab his, quæ à ſenſibus proficiſcuntur, & hæc ipſa inter ſe. & voluptates igitur, quæ hæc perficiunt, ſpecie diſtabunt inter ſe. Quod idẽ perſpici poteſt ex eo etiam, quod vnaqueq; uoluptas propria eſt, & affinis eius actionis, quam perficit. auget enim & præſtantius reddit opus propria eius operis uoluptas. & accuratius ſingula iudicant, et præſſius perpoliunt, qui cum delectatione, & uoluptate operantur, vt geometræ præſtantes efficiuntur, qui geometria delectantur, & ſingula diligentius cõtemplantur. eodem modo & muſici, & fabri, & reliqui omnes magnos progreſſus faciunt in ſuis artibus, ſi eaꝝ delectatione teneantur. augent etiã actionem, & adiuuant uoluptates. Quæ vero aliquid augent, propria ſunt & cognata his, quæ adaugẽt. Quæ autem ſpecie differentium propria ſunt, & ipſa ſpecie differunt. Præterea hoc etiam apertius declaratur ex eo, quod aliarum rerum voluptates impedimento ſunt actionibus. Improbi enim & indocti, ſi tibicem canere incipiat, artium præcepta attendere nõ poſſunt, quippe qui tibicinis modulatione magis teneantur, quàm negotio, quod præ manibus fuerit. Voluptas igitur, quæ ex modulandi arte percipitur, impedimento eſſe ſolet, ne ſermo de rebus grauioribus

audiat

*audiatur.Eodem modo & in alijs uſu euenit,cũ d.plici actioni ope-
ram demus.iucundior enim actio excludit aliam minus iucundam ,
& eo magis , quo plus habuerit voluptatis. , ita ut alteram penitus
aboleat.Quocirca ſi cuiuſuis rei paulo maiori uoluptate teneamur,
non ferè aliud agere poſſimus. Et ſi quid attendere inſtituerimus,
quod parum placeat , aliud agere ſolemus, vt qui in Theatro bella
ria comedunt.quod tunc maxime faciunt, cũ ſpectacula inepte pro-
cedant,Quoniam igitur propria uoluptas in ſuum opus accuratius
agit,idq; diuturnius & pręſtantius eſſe facit,alienę uero officiunt,
& corrumpunt,perſpicuum eſt,eas inter ſe diſtare q̃ plurimum.fe-
rè autem,ſi quod opus inſtitueris non ſuæ illius operis uoluptates
tantum impediunt,quantum eiuſdem moleſtia faſtidiumq;.Interrũ-
pitur enim actio,ſi agẽtem eiuſdem faſtidium cęperit,velut ſi huic
cõputandi,illi uero ſcribendi iniucundus moleſtusq; ſit labor, neq;
hic ſcribat,neq; ille computet,cum fuerit vtriq; actio ipſa moleſta.
Contrarij igi ur effectus proueniunt in actionibus à proprijs uolu-
ptatibus,& moleſtijs,nam ut illæ perficiunt & complent;ſic iſtę la
befactant et deſtruunt.Sunt autem voluptates,moleſtiæve proprię,
quas actio ipſa per ſe ingenerat.nõ ſuas autem actionis inſtitutę uo-
luptates eas eſſe diximus,quę idem ferè officiunt,quod eiuſdem mo
leſtia faſtidiumq;.deſtruunt enim & illę opus,et ſi non eodẽ modo.
Cũ differant ãt actiones probitate et in pbitate,et alię ſint expetẽ
dę,alię fugiendę,partim,neutrum, ſimiliter ſe habẽt et uoluptates.
vniuſcuiſq; enim actionis propria eſt voluptas. q̃ igitur bonæ actio-
nis propria eſt uoluptas,ea proba eſt,mala autem,quæ prauę.* Nam
*et deſideria rerũ,honeſtarum quidem laudanda ſunt,turpium uero,
vituperanda.proprie autem magis ſunt actionum voluptates ſuę,q̃
appetitiones.etenim hæ diſiũctę ſunt ab actionibus et temporibus,
et natura,voluptates autem ita cum actionibus cohærent , ut ſit in
ambiguo,idem ne uoluptas ſit,qđ actio.*Nõ *tamen idẽ uidetur eſſe,*

Digitized by Google

voluptas,quod intelligentię aut ſenſus actio. abſurdum enim id ſit, ſed quia non ſeperantur, idem eſſe quibuſdam videntur. vt igitur actiones diuerſæ ſunt, ſic & uoluptates. Eſt uero aſpectus purior & ſincerior tactu,& auditus,odoratuſq;,guſtu.quocirca eodem modo horum quoq; differunt uoluptates. à quibus rurſum diſcrepant quæ ſunt ab intelligentia.Quæ cum bifariam diuidantur, quæ voluptates ab intelligentia contemplante proueniunt, his præſtant, quæ ſunt ab eadem intelligentia agente.Videtur autem vnicuiq; animalium propria quædam ineſſe voluptas, quemadmodum et opus. ea eſt enim,quæ actionem comitatur.quod ita eſſe iudicet,ſi quis in ſingulis contempletur.alia enim uoluptas equi, & canis, & hominis. & ut Heraclitus inquit,aſini eſt,ſtramina auro pręponere. gratius eſt enim pabulum aſellis,q̃ aurum. differunt igitur ſpecie uoluptates,quę ſunt rerum ſpecie differentium. quę vero ſint eorundem, eaſdem eſſe conſentaneum eſt. at hoc in hominibus ſecus eſt. nam quæ alios offendunt,eadem alios delectat.& quę his moleſta et odioſa ſunt,illis iucunda accidunt,& amabilia. & in dulcibus hoc idem uſu uenit,neq; enim de his idem guſtationis iudicium febricitantis eſt,& valentis.neque eodem modo de calido ſentit ægrotus, & bene ualens.ſimiliter & in alijs contingit.In his autem, & huiuſmodi omnibus,id verum eſſe conſtat,quod uiro bono,et integro uideatur. ꝙ ſi hoc recte dicitur,quemadmodum videtur, & re ipſa eſt, uirtus uirq; bonus,quatenus bonus,ſingularum rerum menſura eſt. & voluptates erunt hę,quę huic eſſe uideantur, & iucunda habenda, quibus iſte delectetur.Quę autem ipſe improbet, ſi cui iucunda uideantur,non mirum uideri debet. multę enim ſunt deprauatę affectiones hominum,nec ea iucunda abſolute fuerint, ſi huic tantum, & ſi qui ſint alij ſimiliter praue affecti iucunda fuerint. Quæ igitur turpes ſine controuerſia fuerint uoluptates,perſpicuum eſt,nõ eſſe eas habendas uoluptates, niſi deprauatis et uitioſis.earũ uero,

quę honeſtæ uidentur, qu, ãaut qualẽ hominis eſſe dicemus? an hoc ex actionibus manifeſtũ erit? has.n.comitantur uoluptates. ſiue igitur vna, ſiue plures ſint actiones hoĩs perfecti atque beati, q̃ has actiões voluptates comitent̃, hę propriæ hominis dicendæ ſunt. reliquæ vero ſecundario mõ dicentur voluptates, et quaſi longo interuallo primas conſequentur, quemadmodum et actiones, quarum fuerint voluptates. Cum aũt de uirtute, et amicitia, uoluptateq; hactenus dictum ſit, reſtat, ut de fęlicitate breuiter percurramus, quippe cum hanc finem et extremum ponamus rerũ homanarũ. Verum ſi, quę ante dicta ſunt, in ſummam contulerimus, breuior multo fuerit oratio. Diximus igitur fęlicitatem non eſſe habitum, quia hac ratione et dormientem, cuius uita et plantæ ſimilis eſt, et eum, qui quam maximis incommodis urgeatur, nihil impediret quominus fęlices eſſe poſſent. ꝙ ſi hoc, vt eſt, ita etiam abſurdum eſſe uideatur, ſed potius in actione quadam fęlicitas collocanda, quemdadmodum in ſuperioribus dictũ eſt, actiones aũt partim quidẽ ſunt neceſſariæ, et pp alias res expetẽdę, partim uero ꝑ ſe et ſua ui, perſpicuũ eſt, fęlicitatem eſſe ex his actionibus aliquam, quę ſua ſponte, non pp aliud expetantur. nullius enim rei indigens eſt beatitudo, nihil deſiderat, ſed ſe ipſa contenta eſt. per ſe aũt actiones ſunt expetendæ, ex quibus nihil ſequimur pręter ipſas. huiuſmodi vero eſſe uidentur à uirtute prouenientes. nam bene et honeſte agere ex his eſt, quæ per ſe expetuntur. ex quibs etiam ſunt luſus, et ioci delectabiles. nec enim propter aliud expetuntur, quippe qui iacturis afficiãt potius, q̃ utilitatibus. Confugiunt aũt ad huiuſmodi oblectamenta pleriq; eorum, qui beati putant̃. Quocirca qui ad hęc apti fuerint, et riſum mouere poſſunt, in honore ſunt apud principes et potentiores, quippe q ea faciant, et dicant, vnde illi capiãt uoluptatẽ, quã maxime ſectuntur. Hæc aũt fælicitatis eſſe uident̃, ꝓpterea ꝙ hi, qui imperijs et poteſtate præditi fuerint, eorum ſunt ſtudioſi. Quod tñ ita eſſe

non ſatis argumenti uideri poſſit.non enim in regnando uirtus et ſa pientia,vnde honeſtę ſunt actiones , poſita eſt . neq; ſi iſti ieiuni et inanes liberalis,et ſynceræ uoluptatis ad corpoream confugiunt, ic circo has optabiliores exiſtimare debemus. nam et pueri , quæ ipſi in precio habent,optima eſſe arbitrantur . Probabile eſt igitur , ut alia pręcioſa pueris uidentur,alia ætate prouectis,ſic non eadem bo nis,et improbis uideri.vt igitur ſæpius dictum eſt, precioſa et iucū da ſunt,quæ uiri boni ita eſſe iudicent . vnicuiq; autem ea eſt actio optatiſſima,quam ex proprio habitu agit,et conſuetudine . Et uiro bono igitur virtutis actio maxime expetenda eſt.Quam ob rem non in luſionibus et iocis fælicitas repoſita erit. etenim abſurdum longe videatur,ludum conſtituere finem eſſe,noſq; omnia facere,et omne tempus laborare,vt luſibus frui contingat. cætera enim omnia alte rius gratia expetimus,excepta fælicitate.hæc enim finis eſt , et om nium extremum.agere autem quæ agas , propter iocum et luſionis gratia laborare,ſtolidum quiddam,et puerile eſſe uidetur.ludere ue ro,ut laborem ſufferre poſſis,authore Anacharſe, licet aliquando. requieti enim ſimilis luſus eſt.homines autem, cum laborem conti nentem tolerare nequeāt,requiete indigent. non igitur finis requies eſt,quippe quę actionis gratia ſuſcipienda ſit. vita autem beata uir tute contineri uidetur,quæ in rebus ſeriјs et pondus habentibus,non in ludo uerſatur.potiora autem ducimus eſſe ſeria ridiculis . Et ut quæq; actio melioris eſt partis, et omnino hominis , ita melior erit. optima uero et ad fælicitatem accommodatior, quæ ab optima ani mi parte proueniat. Tum corporeis uoluptatibus quodlibet etiam quamuis uile mancipium æque frui poteſt, ac pręſtātiſſimus quiſq;. huiuſmodi autem hominem nemo fęlicem dixerit, niſi fuerit etiam uirtute præditus.non enim in huiuſmodi oblectamentis fęlicitas po ſita eſt,ſed in uirtutis actionibus,quemadmodum prius etiam dictū eſt. Quod ſi fęlicitas actio eſt ex uirtute proueniens , conſenta

neum

neum eſt eſſe eam ex virtute optima. hæc autem fuerit ex præſtantiſſima parte noſtri. ſiue igitur mens hæc eſt, ſiue quid aliud, quod natura præeſſe & dominari videatur, & intelligentiam habere rerum honeſtarum, diuinarumq́;, ſeu diuinum et ipſum quoddam eſt, ſeu quo in nobis nihil diuinius inſit, huius actio ex propria uirtute proueniens erit ſolida & perfecta fælicitas, quam in contemplatione repoſitam eſſe diximus. Quod quidem tum cum his, quę dicta ſunt, tum cum veritate ipſa congruere uideatur. optima enim hæc actio eſt, ſi quidem & mens præſtantiſſima pars noſtri eſt. Et ex his, quę hominum cognitioni ſubyciuntur, optima ſunt ea, in quibus mens ipſa uerſatur. In quorum etiam contemplatione diutius immorari poſſumus, quàm quiduis aliud agere. Tum voluptatem cum fęlicitate conuinctam, commixtamq́; eſſe arbitramur. Iucundiſſimum autem ex omnibus uirtutis actionibus ſine cõtrouerſia eſt id, quod in ſapientia ſtudy, operæq́; conſummitur. Quocirca uidetur ſapientia admirabiles oblectationes habere, quæ ſynceritate & ſtabilitate præſtent, atque etiam perpetuitate. Et conſentaneum eſt, maiores voluptates iam doctorum eſſe & planè ſapientum, quàm adhuc inueſtigantium. Tum contemplatio minime omnium quaſi externo inſtrumento indigere uidetur. Nam cum æque ſapienti, & iuſto, & reliquis morali virtute præditis ſuppetant res ad uitæ cultum neceſſarię, omnes enim his indigent, iuſtus tamen prætereà deſiderabit in quos, & quibus cum iuſtitiam exerceat. Eodem modo & temperanti, & forti, & reliquorum ſingulis, vt ſuo munere fungantur, inſtrumento, & materia opus erit, quæ foris petenda ſit, ſapiens autem quamuis ſolitarius in cõtemplatione uerſabitur, eoq́; melius, quo maiori ſapientia præditus fuerit. Quod etſi fortaſſe facilius facere videatur, ſi habuerit adiutores, tamen ſatis etiam ſufficit ipſe ſibi. ad hæc ſola ſapientia uidetur propter ſe diligi. nibil

enim ex illa petitur, præter contemplationẽ, in rebus autem agendis plus minusve petitur, pręter actiones ipſas. videtur præterea fælicitas in ocio, & à rebus gerendis vacatione conſiſtere. negotioſas enim res gerimus, vt ocio aliquando frui liceat. & bellum gerimus ob eam cauſam, ut in pace uiuamus. atq; actuoſæ uirtutis rebus ciuilibus, & bellicis continentur actiones, quæ impeditę ſunt, & laborioſę. ac de bellicis quidem perſpicuum eſt. Nam nemo bellum decernit ipſius belli gratia, ſcilicet vt bellum ſibi comparet. ſit enim immanitate efferatus, ſi quis ſponte amicos ſibi reddat hoſtes, vt pugnę & cædes conſequantur. Sed eſt ciuilis quoq; uita negotiorũ plena, cui ad reipublicę adminiſtrationem illud quoq; additur, vt in magiſtratibus, & honoribus comparandis negotij plurimum ſuſtineat. aut etiam ſibi, & ciuibus ſuis aditum ad fælicitatem patefaciat, fælicitatem inquam, de qua nunc agimus, aliam à ciuili fælicitate. Quòd ſi bellicę, ciuilesq; actiones, quãuis virtutum actionibus et dignitate pręſtent, & magnitudine, ſunt tamen negotioſæ, & finem aliquem foris petunt, non propter ſe ipſę expetuntur, mentis autẽ & intelligentiæ actio ſtudio excellere videatur, cum in contemplatione conſiſtat, nec foris aliquem finem appetat, ſed ſe ipſa contenta ſit, propriamq; habeat uoluptatem, qua augeatur, tum nihil ei deſit, ocium ſuppetat, vacua ſit ab omnibus moleſtijs, quantum humana conditio patiatur, deniq; habeat quæ fęlici tribuantur, hęc nimirum perfecta hominis beatitudo fuerit, ſi pręterea ſpacium uitæ perfectum ſortiatur, nã nihil hẽt fęlicitas non ſuis numeris expletũ. Huiuſmodi autem vita ſupra naturã hominis eſt. non.n. ex eo, ꝙ hõ ſit, ſic aliquis uiuere queat, ſed ꝙ in eo inſit quiddã diuinũ, quod quãto differat ab eo, in quo contineatur, tanto eiuſdem actio pręſtãtior fuerit reliquę uirtutis opere. ꝙ ſi mens cum homine comparata diuinũ quoddam eſt, & vita, q̃ ex ea degatur, diuina erit pręcõi vita.

Nec

Nec vero hij audiendi ſunt, qui admonent, ne hõ hominis altiora cogitet, neve ſupra conditionem mortalium ſuſpiciat, verum quoad liceat, immortalitati ſtudendum eſt, nihilq; non agendum, ut vitam degere contingat ſecundum id, quod optimum ſit in nobis. quod & ſi magnitudine exiguum ſit, vi tamen quadam maiore & dignitate longe reliquis omnibus antecellit. Quin vnuſquiſq; hoc ipſum, quod exiguum diximus, eſſe uideri poſſit. ſiquidem id quiſq; eſt, quod eſt in quoq; maximum, & obtinet principatum. Quod cum ita ſit, abſurdum uideatur, ſi quis non ſuam ipſius, ſed cuiuſdam alterius vitam malit. Quodq; ſuperius dictum eſt, faciet ad hunc locum. Quod enim cuiuſq; natura proprium eſt, id eſt cuiq; optimum, & iucundiſſimum. vita igitur quę eſt mentis, quæq; in contemplatione poſita eſt, hominis propria erit, ſi quidem mens ipſa homo eſt. Quocirca beatiſſima huiuſmodi uita fuerit. Secundas fęlicitatis obtinet uita ea, quę ex virtute morali traducetur. huius enim actiones uitam communem continent. nam iuſta, & fortia facta, et quæ ſunt virtutum reliquarum inter nos axercemus in omnium rerum uſu & tractatione, itemq; animi affectionibus, dum vnicuiq; quod deceat, attribuimus. Quæ omnia vitæ communis officia ſunt. Quędã etiam à natura corporis prouenire uidentur. & in pluribus conſtat, morum uirtuti cum affectionibus eſſe quaſi affinitatem quandam. Cui etiam prudentia cohęret, & hęc ipſa prudentiæ, ſi quidẽ prudentiæ initia ab his ſunt virtutibus. Quod autem mores ſint recti, id prudentia efficit. porro virtus moralis cum implicita ſit cum affectionibus compoſiti, etiã ex aĩo et corpore eſſe dicet. atq; cõpoſiti uirtutes humani gñeris ſunt. et vita igit, quę ex illis ducet, & fęlicitas inde proueniens vitæ cõmunis erunt. Mẽtis uero fælicitas ab illa ſeiuncta eſt. de qua hactenus dicta ſufficiant, nã accurata et diligens eius pertractatio longior eſt, q̃ vt inſtituto negotio conueniat.

Videtur autem hæc mentis fęlicitas, & vita externa ope, & ſuppe-ditatione parum, aut certe minus indigere, quàm altera, quę in mo-rum virtute poſita eſt. Et ut rebus ad uictum neceſſarijs ex ęquo vtrique opus ſit, quamquàm maior eſt corporis cura homini in re-publica occupato, ſed tamen ut in his parum differat inter utrunq;, certe ad actiones multum intererit. Etenim munifico uiro pecunia opus erit, ut liberalitatem exercere ualeat. quod idem de iuſto dicen-dum eſt, ut reddat quibus debuerit. occultæ enim voluntates ſunt, et iniuſtos complures reperias, qui iuſtitiam præ ſe ferant. fortis etiã materiam habeat oportet, & peccandi licentiam temperans, in qui-bus eorum virtutes elucere poſſint. nam alia ratione qualis quiſque ſit perſpicuum eſſe non poterit. Exiſtit autem quęſtio, cum uirtus electione, & actione contineatur, vtrius ſit principatus. uerum per-ſpicuum eſt, perfectionem virtutis in utriſque poſitam eſſe. ad res autem peragẽdas multa opus ſunt, eoq; plura, quo maiores fuerint, & præſtantiores. Contemplanti uero ad eius quidem negotium ni-hil his opus eſt, quin ſi interueniant, contemplationem impediant. Sed cum homo natus ſit ad communem ſocietatem, & conuictum, opera uirtutis amplectitur, & hac ratione ipſe quoque his indiget, quibus & cęteri, ut iura colat humanæ ſocietatis, & commu-nes vtilitates in medium conferat. Iam uero perfectam fælicita-tem actione contemplationis contineri hac etiam ratione compro-batur. Deos enim in primis beatos & fęlices eſſe arbitramur. at enim ſua quędam officia, & actiones illis quoque tribuendæ ſunt. Quid igitur? iuſtitię ne partes eos tractare dicemus? an ridiculi po-tius uideantur, ſi contrahant inter ſe, & depoſita reddant, & alia eiuſdem generis, quę ad iuſtitiam pertineant, negotientur. an uero fortes illos inducemus, formidoloſas res & periculorum plenas ſu-beuntes, propter honeſtatem? aut liberales etiam? ſed quænam

iſta

iſta ſunt in cœlo periculoſa ? aut qui erunt , quibus benefa-
ciant? abſurdum enim uideri poſſit , ſi apud eos fuerit ſignata
pecunia. ꝙ ſi temperantes exiſtimentur, quæ erit iſta ratio deorum?
an non dedecoris plena ſit laus iſta in deos ? ſi prauis cupiditatibus
carere dicantur, & ob id laudibus afficiantur ? Denique ut ſingula
percurramus, omnem uirtutis morum actionem exilem, & indignā,
quę dijs attribuatur, reperiemus. atqui nemo eſt, qui eos viuere non
putet. ꝙ ſi viuunt, aliquid etiam moliuntur. neque enim eos dormire
ſemper putandum eſt, quaſi Endimiones quoſdam. Viuenti igitur,
& à negotijs feriato quidnam relinquatur pręter contemplationem?
Quocirca deorum actio beatitudine prestans in contemplatione uer-
ſabitur. et uita hominum , vt quæque ad hanc proxime accedit , ita
beata fuerit. Quod etiam hac ratione confirmatur. nam cætera ani-
mantia fœlicitatis expertia ſunt, ob eam cauſam, ꝙ huiuſmodi peni-
tus actione priuantur. Deorum enim tota vita beata , hominum ue-
ro, quatenus huius actionis ſimilitudinem retinet. Et cæterorum ani-
mantium nullum fęlix eſſe poteſt, quippe quod contemplatione non
vtatur. Quantum igitur porrigit ſe contemplatio, tantum et beatitu-
do. Et in quibus ſyncerior, ſtabilior'ue contemplatio fuerit, in his et
beatitudo maior. quæ non propter aliud inſit in homine, ſed ob ſo-
lam contemplationem, hęc enim ipſa per ſe magnifacienda. Quocir-
ca batitudo contemplatione quadam continebitur. Sed tamen ad eā
opus eſt homini externis opibus. non enim ſufficit natura ipſa per
ſe ad contemplationem, ſed et ualetudo adſit oportet , et poſſeſſio
quanta ad vitæ cultum ſufficiat, et omnino ea , quibus uita commu-
nis carere non poteſt. Non tamen quamuis ſine externis bonis beati-
tudo conſiſtere non poſſit , icirco multis ad eam et magnis rebus
opus eſſe putandum eſt. non enim exuperatione quadam cōſtat quod
ſatis eſt ad uitam degendam , et officium retinendum. poteſt enim

quiſpiam etiã ſine maris, et terræ dominatu recte agere. et cui mediocris poſſeſſio ſuppetat, is munia uirtutis obibit, quod planè in uita cõi cernere licet. non minus.n.atq; adeo magis dixerim, priuatos homines in officio eſſe, q̃ præpotẽtes, et qui in imperio vitam degũt. ſufficiunt enim mediocres copiæ. & hic uitam beatam degit, qui ex præceptione virtutis operatur. Et *ſolon recte fortaſſe fęlices indicat, cum eos proferat, qui in mediocri poſſeſſione honeſtatem inprimis adamauerint, & tẽperate uixiſſent. licet enim in mediocri re, officium in omni uita retinere.* Neq; Anaxagoras *diuitijs exiſtimaſſe uidetur, aut maiori quadam potentia, fęlicitatem contineri, cum dicat ſe non cõmoueri, vt ẽt à vulgo hominum nõ probetur, hunc enim de his, quę extra ſunt, tantummodo iudicare, quippe qui ea ſola animaduertat. congruere igitur uidentur rationibus ſapientum quoq; ſententiæ. Quocirca in his etiam inerit momenti aliquid ad ueritatem, quæ in rebus agendis ex operibus, & uita perpẽditur. In his enim pręcipua uis eſt ad fidem faciendam. Sed & quę ante diximus conſideranda ſunt, eaq; ad opera & vitam reuocanda. ꝙ ſi cum his conſentiant, admittenda ſunt, ſin diſcrepent, verba ea tantummodo exiſtimare debemus. Qui igitur mentis actionibus inhęret, eamq; colit, optime affectus, hic à dijs pręcipue diligi uidetur. Nam ſi quam curam dij adhibent rerum humanarum, probabile eſt gaudere illos optimo quoq;, & eo, quod ad illos cognatione quadam proxime accedat. Id autem mens ipſa fuerit, quam qui maxime diligant, et colant, conſentaneum eſt de his benemereri deos, quippe qui ſuos quaſi amicos, qui recte, honeſteq; operentur, non deſerant, neq; negligant. ꝙ autem hęc omnia inſint inſapiente, id quidem non obſcurum eſt. ob quod conſequitur, ut cum ſit deo chariſſimus, ſit etiã beatiſſimus. Quare hac quoq; rõne ſapiens beatus fuerit. Quid ergo? Cũ de his, & de uirtutibus, deq; amicitia, et voluptate ſatis,*

quod

quod ad hunc locū attinet, dictum fuerit, exiſtimandum ne eſt, huius inſtitutionis adeſſe finē? an quemadmodū diximus, non eſt in rebus agendis ſatis contēplatum eſſe, & cognita hēc ſingula, ſed actionem adhibere oportet. Neq; igitur uirtutem cognouiſſe ſufficiet, ſed ea præditi eſſe, & vti debemus, aut ſi quis alius modus eſt, quo boni effici poſſimus. q ſi orationis pręcepta nos huiuſmodi reddere poſſent, multa & magna præmia illis deberētur, Theonidis ſententia. eaq; quauis poſſemus facultate comparāda eſſent. Nunc vero adoleſcentulos, qui quidem liberaliter educati fuerint, adortari, & incitare, naturamq; generoſam & elegantem uirtuti aſtringere poſſe uidemur, plebeculam uero, & vulgus non ualet oratio ad probitatem conuertere. non enim pudore ingenuo, ſed metu commouētur, nec à flagitio turpitudine abſterrentur, ſed pœna. nam qui more belluę affectionibus auferuntur, proprias uoluptates, et ea, quæ has pariunt, perſecuntur. fugiuntq; his contrarios dolores. honeſtatem vero & ſynceram voluptatem ne cogitant quidem, quippe qui illam nunquam deguſtauerint. Tales igitur homines qui ſermo, aut quæ oratio corrigat? vix enim, aut nunquam potius inueteratos conſuetudine mores extirpare queas. quin preclare forſitan agatur, ſi cum omnis facultas adſit, p quam bene morati euadere poſſe videamur, virtutē tandē adipiſci valeamus. Bonos āt effici putāt alij natura. nō nulli conſuetudine, preceptione alij. Naturā igitur huiuſmodi perſpicuū eſt, neminē ſibi poſſe fingere, ſed ea diuino quoddā numine obuenit fortunatis. Sermo āt et pceptio nō in oībus pficit, ſed ut terrę gremiū pparat ad fouēda ſemina, ſic colēdus ſubigēdusq; incōtinētis aīus bonis moribus, vt et honeſtate gaudeat, & oderit turpitudinem. Non enim qui diſſolute affectionibus obtemperans vitā degat, orationē à vitijs reuocantis attendat. hic igitur qui ita affectus ſit, quō ad ſanitatem reuocari poſſit? & oīno non vī vlla aī perturbatio rationi obtemperare, ſed vi potius conſtringenda eſt. oportet igitur

mores ita eſſe compoſitos, ut ſint quodammodo uirtutis familiares, vt honeſtatem diligant, turpitudinem abominentur. nam niſi quis à pueris ſub huiuſmodi legibus educatus fuerit, difficile erit illi recta ſemita inſiſtere, ad uirtutem ducente. Etenim cum paucos admodum temperate, et tolleranter acta uita delectet, multo minus delectabit adoleſcentes. Quocirca legibus moderanda eſt eorum vita, itemq; ſtudia. quę diuturna conſuetudo efficiet, ne moleſta ſint. Sed fortaſſe non ſufficiat, ſi adoleſcentes recte, et accurate educati fuerint, verum cum ętate quoque firmata eiſdem ſtudijs incumbendum ſit, et ad hanc ætatem legibus opus erit, et omnino in omni uita, cũ plęrique vi potius, quàm oratione ducantur, pœnaq; facilius, quàm honeſtate moueantur. Quam ob rem exiſtimant nonnulli oportere legum latores adhortari bonos, et incitare ad uirtutem honeſti gratia. nam illos, cum benemorati fuerint, eſſe obtemperaturos, in contumaces uero, et natura ineptos, pœnas atque ſupplicia conſtituenda. Eos autem qui curationem non admittant, quaſi deſperatos exterminandos. Virum enim bonum, et ad honeſti regulam uiuentem, inſtitutis et legibus pariturum. Improbum uero uoluptatis libidine obſtrictum, tamquam iumentum ſtimulis, et cruciatu ſubigendum eſſe. Quocirca admonent, huiuſmodi dolorum faces admouendas eſſe, quę maxime concuptis uoluptatibus aduerſentur. quòd ſi, ut prędiximus eum, qui bonus futurus ſit, educari rite oporteat, et bonis moribus infici, et ita in omni uita recta ſtudia proſequi neque inuitum, neque ſponte peccantem, hoc autem contingat, ſi ex conſilio quoddam, inſtitutoq; recto, vim poteſtatis obtinente iuuentus uiuere cogatur, quippe cum patria poteſtas robore careat in liberos, et cogendi ui, quod idem de vno quouis homine dicatur, niſi qui rex fuerit, hæc cum ita ſe habeant, nimirum lex erit, quam penes ſit cogendi poteſtas. quę quidem lex ratio ſit à maiori quadam prudẽtia,

& mente profecta. Tum illud accedit, quòd omnes ferè oderunt eos, qui ſuis appetitionibus aduerſentur, vt etiam id recte, & iure faciant, Lex autem honeſta iubens minime inuiſa eſt. In ſola autem Lacedemoniorum ciuitate cum paucis quibuſdam alijs videtur legis lator curam adhibuiſſe educationis, & ſtudiorum. In plæriſque autem neglecta hæc omnino ſunt. & viuit vnuſquiſque, vt vult cyclopum more, vxori, & liberis officia preſcribendo. optimum eſt igitur curam educationis & morum adhiberi publice. Id ſi minus contingat, proximum eſt, ut ſinguli ſuos liberos, & amicos ad virtutem pro viribus dirigere conentur. Quod ex his, quæ dicta ſunt, poſſe facere videantur, ſi ita iuris periti fuerint, vt leges ipſi quoque condere valeant. adminiſtratio enim rerum publicarum ſcilicet per leges habetur, ſiue ſcriptæ fuerint, ſiue non ſcripte, ſiue ad vnius, ſiue ad multorum eruditionem pertineant. nihil enim differre videatur, vt neque in muſica, & gymnaſtica, & alijs omnino ſtudijs, & exercititationibus. Nam vt in ciuitatibus leges, & conſuetudines dominantur, ſic & in priuatis domibus præcepta, moresq; paterni. Quibus vt etiam facilius obtemperetur, efficiunt accepta beneficia, ſanguinisq; coniunctio. Tum naturaliter diligunt parentes liberi, ſuntq; natura bene erga illos affecti. Preterea magni refert, ſingulos ne erudias, an in vniuerſos præcepta des, quemadmodum & in medicina. nam ſi quis febri laboret, huic omnino vtile ſit, ſi cibo, potuq; abſtineat, & quieſcat, cuipiam vero non ita fortaſſe conducat. neque gymnaſij magiſter eodem genere pugnæ omnes pugiles inſtruit. nam quod eſt ſingulis accommodatum, exactius perficietur, adhibita priuata cura. ſic enim vnuſquiſq; facilius conſequetur, quod ad eam rem pertineat, quæ petitur. Verum ſingulos quidem optime curet & inſtruat & medicus, & gymnaſtes, aut alius quiuis, qui ſcierit quę generatim vniuerſis, aut his, quos erudiendos

ſuſcipiat, accommodata ſint. vniuerſarum enim rerum ſcientię eſſe dicuntur, & ita ſunt. ſed tamen nihil fortaſſe prohibeat, quin poſſit quiſpiam ſcientię quidem expers, ſed multa periclitatione doctus, quid ex quaq; re euenire ſoleat, in vno aliquo elaborare, idq́ue ad ſuum finem ſine errore perducere. quemadmodum nonnullos reperias, qui ſibi quidem ipſis medici vel optimi eſſe uideantur, alteri uero in ea re nihil opis ferre queant. ſed ut hoc ſit, nihiloſecius tñ ei, qui opifex eſſe uelit, & rem à capite contemplari, genera ipſa adeunda ſunt, eaq́; quoad eius fieri poſſit, introſpicienda. dictum eſt enim, de his eſſe ſcientias. Eodem modo ſi quis ſua cura & diligentia uoluerit ſiue multos, ſiue paucos reddere meliores, ſatius fortaſſe, ut legum ferendarum facultatem adipiſci ſtudeat, ſiquidem per leges boni effici poſſe uidemur. Non eſt igitur cuiuſlibet poſſe oblatum quemq́; recte inſtruere, & erudire, ſed ſi cuiuſquam, docti, & ſcientis eſt. quemadmodum in medicina, & reliquis artibus, quarum eſt cura quædam, atque prudentia. Quid ergo? non ne poſt hæc inueſtigandum eſt, vnde, aut quomodo facultatem cõſequamur legum ferendarum? an hoc à rerum publicarum adminiſtratoribus petendum eſt? quemadmodum in reliquis facultatibus, cũ quid quod illarum ſit quærimus, facere conſueuimus, pars enim & hoc ciuilis rationis eſſe uidetur. an certe non idem fit in ciuili ratione, quod in reliquis ſcientijs, & facultatibus? In alijs. n. ijdem & diſciplinam tradere, & ex ea agere conſueuerunt, uelut medici, & pictores. In ratione autem ciuili profitentur quidem Sophiſtę ſe docere, operatur ãt ex eis nemo. Qui vero rempublicã gerunt ui quadã, & uſu magis, q̃ ratione, et uia id facere uideri poſſunt. nec enim diſputant, neque ſcribunt aliquid de ciuili inſtitutione. atqui id pulchrius fortaſſe fuerat, quàm quod tum in cauſis iudicialibus, tum in contionibus ad populum faciunt. Sed neque ſuos liberos, aut eos quos, cha-

ros

ros habeant, peritos rerum ciuilium unquam feciſſe uidentur, quod æquius fuerat, ſi modo id preſtare potuiſſent. nec enim ciuitatibus præſtabilius quicquam reliquiſſent, ſed neque ſibi, neque ſuis ineſſe aliquid aliud optaſſent potius, quàm huiuſmodi facultatem. non tamen vſus & experientia parum poſſe videntur. alioqui non fierent ipſi in dies commodiores ſola rerum publicarum tractatione. quos circa huiuſmodi peritiam ciuilem ſequentibus experientia & uſu eſſe opus apparet. Sophiſtæ vero ſcientiam profitentes, à docendi facultate mirum, quantum abeſſe uideantur. omnino enim ciuilem locum nec cuiuſmodi, neque quorum ſit tenent, nec enim illum idem cum rhetorica, aut etiam ea deteriorem ſtatuiſſent, nec leges ferre facile ducerent, quippe cum collectis, & vnum in locum coniectis probatis legibus, ex eis optimas quaſque ſelligere, id demum leges condere eſſe crediderint, quaſi delectus ipſe optimarum mediocris prudentiæ ſit, aut non maximum habeatur, recte iudicare, quemadmodum in his etiam, quæ ad muſicam pertinent. In ſingulis enim facultatibus, qui earum periti fuerint, recte opera iudicāt, et per quę, aut quo modo quæque perficiantur, & quę quibus congruant intelligunt. Cum imperitis vero pręclare agitur, ſi de opere recte, an ſecus factum ſit, iudicare valeant. quemadmodum in pictura conſpici poteſt. Leges autem cum ciuilibus actis per ſimiles eſſe videantur, quo tandem pacto ex his quiſpiam legum ferendarum facultatem conſequatur, aut quę optimæ ſint leges iudicare queat? nec enim ex preceptis librorum medicus quiſpiam effici videatur, quamuis non medicamina tantum contineant, ſed etiam quemadmodum pro cuiuſque habitu mederi, & morbos curare conueniat. hęc autem peritis quidem utilia fortaſſe fuerint, imperitis vero nihil prodeſſe queant. Eodem igitur modo & legum, & rerumpublicarum collectiones his quidem, qui diſpicere, & iudicare poſſint recte ne,

ne an ſecus ſe habeant, aut quæ quibus conueniant, vtiles fortaſſe fuerint. Sed qui ſine vſu huiuſmodi res pertractant, his rectum quidem de illis iudicium deſit, commodiores tamen ad hæc ipſa intelligenda fieri poſſint. Cum igitur antiqui nihil de arte legum ferendarum tradiderint, non ab re forſitan fuerit, vt nos de hoc ipſo perſcrutemur, & omnino de republica, vt quo ad eius fieri poſſit, philoſophiam moralem, artemq; viuendi perfectam habeamus. Primum igitur ſi quid vſpiam recte à veteribus dictum ſit, id eruere conemur. deinde rebus publicis in vnum collectis, coſideremus quænam ciuitates euertant, & quæ conſeruent, & quas ob cauſas aliæ recte, aliæ contra adminiſtrentur, his enim circumſpectis, cognoſcere fortaſſe liceat, & quænam reipublicæ forma optima, & quemodo quæque conſtitui, & quibus legibus, quibusue moribus vti debeat. Hinc igitur ſumpto principio, de his dicere incipiamus.

FINIS.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE

Omnes ſunt duerni, præter ✠ quod eſt ternus.

Impreſſum Venetijs, apud Petrum de Nicolinis, de Sabio.
Requirente Bernardino Trebatio Vicetino.

M D LXVII.

Digitized by Google

BIB.